

HARVARD UNIVERSITY



Library of the  
Museum of  
Comparative Zoology





DE SYSTEMATE VASORUM

PSAMMOSAURI GRISEI.

AUCTORE

ALPHONSO CORTI,

MED. DR.

VINDOBONAE, 1847.

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.

481477

1970-1971  
1971-1972

1972-1973  
1973-1974  
1974-1975

**JOSEPHO HYRTL,**

**MAGISTRO**

**OPTIME MERITO AUSPICATISSIMO ,**

**MIHI PRIMA AUDENTI**

**MAGNA MAGNI NOMINIS USURPANDI**

**VENIA CONCESSA,**

***IN HISCE QUANTULUS SUM APICIBUS***

**ME DEVOTIONIS ERGO TOTUM**

**D. D. D.**



## P R A E F A T I O.

Inter varias anatomiae spartas, quae a desiderato perfectionis culmine adhuc multum distant, *angiologia sauriorum* primum tenet locum. Dum reliqui amphibiorum ordines suos eosque sagaces cultores jam dudum invenerint, de systemate vasculari sauriorum vix ac ne vix quidem primae lineae adumbratae fuerunt. Indigenae sauriorum species, ob mediocrem corporis magnitudinem, et vasorum e corde nascentium relativam angustiam, injectionibus anatomieis parum aptae sunt, et grandia exoticorum exemplaria, quae in museis zoologicis nostris alehole servantur, injectionis ex voto contingentis spem adeo saepe fallunt, ut nonnisi truncorum majorum dispositionem et primam eorum ramificationem cultro exarare liceat. Quapropter singulari numero me benevolentiae Illustrissimi viri Equitis a Schreibers devinetum censeo, qui bina Psammosauri grisei exemplaria, praegrandia, et viva ex Aegypto Vindobonam delata, interventu Clarissimi professoris J. Hyrtl lucubrationibus meis sueta liberalitate concessit. Etiamsi injectio arteriarum in uno tantum specimine ad minutiores propagines, capillaribus vicinas, penetraverit, tamen tanta diligentia huic labori me acinxerit, ut in uno cadavere, absconditas, accessu difficiles, et hucusque penitus ignotas arteriarum ramifications palam facere potuerim.

Hujus laboris fructum, dissertationis inauguralis forma Benevoli Lectoris judicio submitto, simulque rogo, ne primum juvenis anatomici conamen, cui nec voluntatem bonam nec laudabilem industriam defuisse sentio, justo severiori judicio eastiget.

Praeparata anatomica, quae iconum objecta sistunt, in museo anatomico Vindobonensi asservantur, et in futurum cuique lustranti fidem facient, me non ultra demonstrabilem factorum veritatem progressum esse.

Artis delineatoriae nonnisi obiter gnarus, omnem, quam potui, assiduitatem in tabularum exaratione collocavi, quae descriptiones nimis prolixas superfluas reddiderunt.

Vale Lector Benevole, et nostras pagellas aequi bonique consule, quas, ut cum Satyrico loquar, non diro dissertationibus fato,

„— — — — in vicum vendentem thus et odores,“

„Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis“  
abituras, modeste spero.

***Alphonsus Corti.***

## **Introductio historica.**

---

**O**pusculo, quod praesto est, succinctam omnium, quae de systemate arterioso reptilium in genere et sauriorum in specie adhuc temporis innotuerunt, enumerationem, aptissimum proëmium fore ratus, libros, e quibus ad hujusce argumenti elucubrationem decerpsi, referam:

*G. Cuvier*, leçons d'anatomie comparée, 3<sup>ème</sup> édition, 1836 — 46, Bruxelles.

*J. F. Meckel's System* der vergleichenden Anatomie, 5. Theil, Halle, 1831.

*V. Siebold u. Stannius*, Lehrbuch der vergleichenden Anatomie, 2. Theil, 2. Heft, Berlin 1846.

*Rudolph Wagner*, Lehrbuch der Zootomie, 2. Lieferung der neuen Auflage.

Disjectas hue illuc notitias ex sequentibus quoque collegi:

*Martin Saint Ange*, circulation du sang, considérée chez le foetus de l'homme, et comparativement dans les quatre classes de Vertébrés. Paris, 1832. fol.

*M. J. Weber*, Beiträge zur Anatomie und Physiologie.

*Mayer*, Analecten zur vergleichenden Anatomie.

*Van der Hoeven*, Tijdschrift, 6 Th.

*Müller's Archiv* etc.

---

## **De systemate arterioso reptilium in genere.**

1<sup>o</sup>. „Major sanguinis circulus a minori non adeo perfecte sejunctus est, ac in eunctis classium superiorum, et propemodum eunctis inferiorum animalibus.“ (Meckel l. c.)

2<sup>o</sup>. „Utriusque circuli arteriae, vel e trunco communi, vel seorsim e cordis dextra et sinistra parte oriuntur: quod si accidit, saltem anastomosi postmodo inter se junguntur.“ (Meckel).

3<sup>o</sup>. „Duo *aortae*, sive seorsim, sive e trunco communi provenerint, semper ad medium corporis lineam coëunt.“ (Meckel).

4<sup>o</sup>. „Plerumque dno *aortae*, tela cellulari admodum spissa inter se junctae, altera prope alteram ex anteriore dextra ventriculi parte emergunt.“ (Meckel).

5<sup>o</sup>. „Duo *aortae*, priusquam angulo acuto ad columnam vertebralem inter se conferantur, ansae ad instar, lateris, eni appertinent, bronchum amplectuntur.“ (Meckel.)

6<sup>o</sup>. „Ex aorta *dextra*, capitis praecipue et extremitatum anteriorum arteriae exsurgunt; ex *sinistra* autem illae, quae ad posteriores corporis partes commendant.“ (Meckel).

7<sup>o</sup>. „Batrachiorum arteriae, quum uno e trunco evadant, uno quoque ostio gaudent; in caeterorum vero ordinibus, cheloniis videlicet, sauriis et ophidiis, ad duas aortas, adeo constitutas, ut privam quaeque seorsim originem habeat, tertium adhuc vas, *arteria pulmonalis* nimirum, accedit.“ (Cuvier l. c.).

8<sup>o</sup>. „Arteriae pulmonales solis in batrachiis, e lateris ejusdem *aorta* deducuntur; in reliquis autem ordinibus ex sinistra anteriore ventriculi dextri parte, prope aortam secedunt.“ (Meckel).

9<sup>o</sup>. „Arteria, quae e trunco communi prima secedit, *coronaria cordis* est, eaque simplex.“ (Wagner).

10<sup>o</sup>. Quod retia mirabilia concernit, in amphibiis quoque, a quorum ordinibus singulis ad hoc usque tempus exulare putabantur, a clarissimo Hyrtl inventa fure, et in hisce quidem plagiis: a) pone glandulam veneniferam Viperae Redi et Trigonocephali muti, b) in aure externa Crocodili lucii ex *arteria maxillari externa*, c) supra nervum opticum ex *arteria ophthalmica posterior*, d) in cavo narum ex *arteria ethmoidali*, e) in cellulis osseis maxillae superioris denique, ex *arteria maxillari interna*. (Med. Jahrb. d. österr. Staates Bd. 29. 1842. S. 287. Ueber einige Wundernetze der Amphibien.)

11<sup>o</sup>. Respectu physiologico adnotandum est, sanguinem arteriosum et venosum, vel in corde vel in vasis majoribus plus minus imperfecta semper mixtione confundi. Crocodili, qui secundum typum offerunt, ab avibus ad reptilia, batrachii autem ad pisces transitum expediunt. (Siebold und Stannius, l. c.).

## De systemate arterioso crocodilorum.

(Cuvieri *crocodiliens*).

1<sup>o</sup>. „Ambo *aortae* et *arteria pulmonalis* per breve decursus spatium inter se connectuntur, ostia vero earundem dhabus valvulis semilunaribus instrueta sunt.“ (Cuvier.)

2<sup>o</sup>. „Truncus communis arteriarum pulmonalium brevior est, quam ille caeterorum sauriorum.“ (Meckel).

3<sup>o</sup>. *Aortarum* divisio secundum auctores, quos supra commemoravi, tres potissimum typos sequitur:

a) „*Arteriae subclaviae et carotides (dextræ et sinistre)* ab *aorta lateris* sui discedunt.“ (Cuvier).

b) „*Arteriae subclaviae et carotis communis* ab *aorta dextra* oriuntur.“ (In crocodilo lucio. Cuvier et Meckel.)

c) „*Aorta dextra* emittit *arteriam subclaviam dextram* et *innominatam sinistram*; quae iterum in *subclaviam sinistram* et *carotidem* simplicem vel duplificem dispescitur. (Siebold und Stannius).

4<sup>o</sup>. „*In crocodilo biporcato* duo *carotides* sejunctae existunt.“ (Van der Hoeven l. c.).

5<sup>o</sup>. „*Arteriae subclaviae*, postquam a) *arteriam oesophageam posteriorem*, b) *arteriam mammariam internam*, c) *arteriam cervicalem communem inferiorem*, et d) *arteriam intercostalem communem anteriorem* emisere, in fossa subalari *axillares* compellantur, arteriaque ibi *thoracica et brachiali profunda* dimissa, in plica cubiti in *arteriam radiale et ulnare* dividuntur.“ (Cuvier).

6<sup>o</sup>. „*Aorta sinistra*, ventriculo, hepati, lienii, pancreati et duodeno vasa impertitur, et postmodo cum continuatione *arcus aortici dextri* conjungitur.“ (Cuvier, Siebold und Stannius).

7<sup>o</sup>. „*Aorta dextra*, post anastomosim cum *aorta sinistra*, sequentes effundit arterias: a) *intercostalem communem posteriorem*, b) *arterias duas intercostales*, c) *mesentericam anteriorem* (tenui intestino,) d) *suprarenales, renales et lumbales*, e) *femoralem profundam*, f) *cruralem*, et, *sacralis mediae* nomine denique accepto, g) *mesentericam posteriorem* (intestino colo, et h) *coccygeam lateralem*.“ (Cuvier.)

8<sup>o</sup>. „*Arteriae extremitatum posteriorum* illis avium analogae sunt, exceptis arteriis pedis, quae in crocodilis ex *tibiali antica* oriuntur.“ (Cuvier).

## De systemate arterioso saurorum.

(Sauriens ordinaires Cuvier.)

1<sup>o</sup>. „*Duo aortae et arteria pulmonalis*, quamvis intra pericardium decurrent, arete inter se conjunguntur.“ (Meekel).

2<sup>o</sup>. Vasa aortica majora secundum Cuvier et Stannius duos typos offerrunt, ideo concordantes, quod ambo *aortae* pone cor unum in truncum confluant, hocque juxta legem generalem; a) secundum Cuvier: quaevi *aorta* emittit *arteriam subclaviam lateris* sui; ambo *carotides* tamen oriuntur ex *arcu aortae dextrae*; b) secundum Stannius: adest *truncus arteriosus communis*, qui in duas *arterias pulmonales* et in duas *aortas* dividitur. Ex *aortis carotides* oriuntur. *Arteriae subclaviae* vero, vel ambo ab *aorta dextra*, vel utraque ab *aorta ejusdem lateris* originem ducent.

3º. „*Genus Iguana* peculiarem illam varietatem offert, quae supra in *crocodilo lucio* descripta fuit.“ (Cuvier).

4º. „*Arteria pulmonalis* semper sinistro truncorum aorticorum lateri adjacet.“ (Cuvier).

5º. „*Arteria humeralis, thoracica* dimissis, postea in *arteriam radialem* et *ulnare* dividitur.“ (Meckel).

6º. „E trunco communi, duarum *aortarum* anastomosi efformato, sequentes oriuntur arteriae: a) *intercostales*, b) *oesophagea* et c) *hepatica*, d) *truncus porro*, brevi in duos ramos discedens, α) in *ramum anterius*, qui ventriculum, lienem, *pancreas* et *duodenum* petit, et β) in *ramum posterius*, ex quo *mesenterica anterior* (ad canalem entericam), *tumbales*, *spermaticae*, *mesenterica posterior*, et *renales* denique prodeant.“ (Cuvier.)

7º. „*Aorta abdominalis* dividitur in pelvi in duas *arterias iliacas* et in *arteriam caudalem*. *Arteriae iliaceae* iterum in *arteriam tibiale posticam* et *tibiale antica*, quae e pelvi exirent, dividuntur. Prima plantae pedis, secunda ejusdem dorso ramos largitur.“ (Meckel.)

## Systema arteriosum Psammosauri grisei.

P a r s p r i m a.

C o r <sup>1)</sup>.

### §. 1. Descriptio cordis in genere.

Cor, quod hic quoque centrale systematis sanguiferi organon constituit, thoracis in cavo situm, et quemadmodum reliquis in sauriis, pericardio obvolutum est.

Ventriculus, atria et conus arteriosus, quo faciliter situm suum servare queant, filis quibusdam tendinosis, ad pericardii internam faciem abenitibus instructi sunt, quae, ut caetera ejusdem telae filamenta, quibus hunc ad finem nil conferri pro explorato habeo, taceam, in hisce locis observavi: 1. unum, quod inter atrium dextrum et basim ventriculi, 2. alterum, brevius et crassius, quod inter atrium idem et conum arteriosum, 3. tertium, quod inter truncos, in quos conus arteriosus discedit, 4. quartum denique, quod inter atrium sinistrum et coni arteriosi originem extenditur.

Hujuscemodi visceris forma, irregulariter conica, ab illa ceterorum sauriorum unilateraliter dissimilis. *Apex* valde obtusus, *basis* antrosum versa. *Sulcus longitudinalis*, leviter solum exaratus, septo correspondet, quo ventriculi cavum imperfecte

<sup>1)</sup> Quoniam situs tam animalis ipsius quam ejus viscerum ignotus, descriptionis perspicuitati plerumque obesse soleat, haud absolum quidpiam ab hujuscemodi capitinis scopo ordiri me puto, si brevi praemiserim, me psammosaurom supinore ejusdem cor descripsisse.

in dextram et sinistram partem dividitur; *sulcus circularis seu coronalis* ventriculam ipsum a superpositis duobus *atriis* sejungit: quorum alterum, *dextrum* scilicet, *sinistro* multo amplius, in facie postica *sinum venosum* ostendit. Inter atria, truncorum arteriosorum primitivorum origo communis, si eam extus inspexeris, *conus arteriosus* nimirum, se obtutui praebet.

## §. 2. Atria.

*Atria*, quorum alterum ad dextram, alterum ad sinistram, cordis basi superincubit, *dissepimento* inter utriusque cavum tenso perfecte a se invicem sejunguntur. Dissepimentum hoc ulterius ventriculi ad fornicem descendens, tres nti dicam lacinias membranaceas emittit, unam dextrorum, seu *valvula atrio-ventricularis dextram*, duas autem sinistrorum, seu *valvulas atrio-ventriculares sinistras*, anteriorem videlicet et posteriorem<sup>1</sup>).

### A. Atrium dextrum.

*Atrium dextrum*, venosum totius corporis sanguinem e vena cava ascidente et descendente colligit, cumque in spatium interventriculare effundit.

Eius cavum, ita amplum, ut integrum cordis ventriculum continere valeat, duabus ostiis praeditum est, quorum alterum, seu *ostium sinus venosi*, sanguini patet refluenti, alterum seu *ostium atrio-ventriculare* pervaditur ab ejecto.

Superficies ejus interna, *trabeculis carneis*, quae, hinc inde inter sese contexae, arcibus semicircularibus discurrunt, admodum multis variisque dimensionem exhibentibus circumquaque obducta, in plaga, inter ostium sinus venosi et ostium atrio-ventriculare sita, iisdem caret, ibidemque gracillimo tantum *fibrarum muscularium longitudinalium* strato praemunitur.

Paries interius posterior, versus latus externum, rima quadam linearis sulcatur, quae, quinque circiter lineas longa, ad perpendicularum directa descendit; hujusce ad margines endocardium paullo procerrens ita denuo replicatur, ut labia duo efformet, e quibus *valvula sinus venosi* conflatur. Angulo superiori hujus valvulae, (quae ostium sinus venosi, e confluxu venae innominatae et cavae inferioris in receptaculum commune orti, circumscribit) tres musculi papillares sat magni sub forma T inversi inseruntur.

Latus internum inter et posterius, hujusce atriī cavum in amplum *sinum*, maximo trabecularum numero exornatum protruditur, *sinum* videlicet *atrii dextri*, ejus lumen ostium atrio-ventriculare intinetur.

Inter ostium atrio-ventriculare et illud arteriae anonymae, *columna aortica* sita est. (Corpusculo huic musculo hoc potissimum nomen dare mihi liceat, ntpote quum

<sup>1</sup>) *Valvularum atrio-ventricularium* origo, supradictae conformis, a Cuvier (l. c.) in *lacertis* et speciatim in *lacerta agili* et *ocellata* describitur.

sanguinis venosi undae, atrio dextro exeunti, impedimento sit, quominus arteriae anonymae ostium ingrediatur.) Est autem columna aortica musculus parvulus, forma conica praeditus, lineamque circiter quoad ambitum crassus, ejus basis supra atriorum septo et ante ostium arteriae anonymae collocata, apex vero ventriculorum septo adnexus, et adjacentis valvulae atrio-ventricularis dextrae insertioni superimpositus est; quapropter margo ejusdem anterior arteriae anonymae ostium obicis ad instar limitat.

### B. Atrium sinistrum.

*Atrium sinistrum* sanguinem, e *vena pulmonali* receptum, in ventriculum effundit sinistrum.

Eius cavum, multo minus capax, quam illud atrii dextri, duo quoque sicut illud ostia, alterum scilicet pro sanguinis ingressu seu *ostium venae pulmonalis*, alterum pro ejusdem egressu seu *ostium atrio-ventriculare* possidet; ab atrio dextro autem quoad structuram suam ideo praeprimis differt, quod ejus paries sinister tantum trabeculis carneis instructus sit, dexter contra texturae membranosa aspectum praebat.

#### a. *Paries internus*<sup>1)</sup>.

*Paries internus* superne ostio venae pulmonalis, subtus basi valvulae atrio-ventricularis simistrae anterioris limitatur.

In ejus parte superiori magnum patet ostium, circulare, absque valvulis, quod ejusdem parietis interni concavitatem intuetur i. e. *ostium venae pulmonalis*, internumque ad marginem leve vestigium sulci ejusdam, directionem semicircularem sequentis, ostendit. Ab hoc sulco exilissima habenula muscularis originem ducit, duas circiter lineas lata, quae *funiculus medianus* a me nuncupatur, areteque superficie internae adhaerens, usque ad valvulam atrio-ventricularem sinistram anteriorem descendit, ac ibidem superne evanescit. Ejusmodi funiculum medianum, septem vel octo funiculi minores, tenuibus fibrillis similes, quorum alteri perpendiculariter, alteri arcuatim delabuntur, componunt.

In dextro et sinistro latere dimidiaque parte superiori praedicti funiculi mediani, alterae duae habenulae muscularares, priori funiculo subjectae, oriuntur, *funiculi laterales* inquam. Hi multo subtiliores sunt quam *funiculus medianus*, et e numerosis constant fibrillis, quae alarum ad instar a prima discedunt et extrorsum versus cito hoc in pariete membranoso evanescunt. Hic notandum praeterea, funiculos laterales minime a diradiatione fibrillarum funiculi mediani emanare.

<sup>1)</sup> Hunc parietem pro membranoso habeo. Cum enim funiculi muscularares, qui ei arete inhaerent quidem, sed non tolim obvestiunt, ut ex habenulis carnosis exilissimis conflati, tam parum de superficie interna exsurgant, ut oculum non armatum propemodum subterfugiant, a sic dictis *trabeculis carneis* omnino diversi sunt.

Quaedam e superioribus funiculorum lateralium fibrillis sursum flectuntur, atque ad marginem ostii venae pulmonalis semicirculariter dispositae, *sphincterem ostii pulmonatis*, qui ejusdem dimidiā tantum partem internām amplectitur, constitūnt. Quaedam vero ex superiori trium funiculorum, quos descripsimus, insertione (id est ex illa mediani et lateralium) ulterius evēhuntur, venae pulmonalis internum parietem duarum linearum per spatiū obvestiūt, et tali ratione ad illius sphincteris formationum conferunt.

b. *Parietis externus.*

*Parietis externus*, qui cavum multo amplius quam illud parietis interni includit, innumerisque trabeculis carneis, inter se mire contextis, ornatur, in angulo extero inferiore adeo expanditur, ut amplius sinus, a trabeculis carneis in plures areolas irregulariter divisus, i. e. *sinus atrii sinistri* efformetur, cuius concavitas *ostio atrio-ventriculari* obversa est.

### §. 3. *Ventriculus.*

E margine ventriculi sinistro vel posteriore paries internus muscularis ita in cavum procurrīt, ut dissepimentum, cum dimidia tantum inferiore parte oppositi cordis marginis conjunctum, et a maculis muscularibus, quibus obsitum est, adspectu valde spongioso donatum, efformet, *septum ventriculorum* scilicet.

Hujusce potissimum ope ventriculi cavum in haec tria dispescitur spatia, A. in dextrum vel anterius s. *ventriculum dextrum*, C. in sinistrum vel posterius, seu *ventriculum sinistrum*, et B. in illud denique, ubi duo communicant ventriculi cava, *spatiū interventriculare* inquam. Primi solummodo et secundi horum spatiōrum parietes numerosis trabeculis carneis obducuntur<sup>1)</sup>.

#### A. *Ventriculus dexter.*

*Ventriculus dexter* sanguinem, maxima ex parte de *atrio dextro* delapsum, recipit, maximaque ex parte in *arteriam pulmonalem* et in *aortam sinistram* impellit.

Ejus cavum, amplissimum reliquorum, duo possidet *ostia*, alterum ingressus, cuius ope cum spatio interventriculari communicat, alterum egressus sen *ostium arteriae pulmonalis*. Forma cavi vero trigono comparari potest, cuius longissimum

<sup>1)</sup> Spatiū interventriculare tamquam cavum per se et seorsim describo, utpote cum amplitudine sat magna praeditum sit, aortarumque ostia contineat. Clarissimi Cuvieri præterea auctoritate nisus sum, qui in crocodilis tria distinxit cava ventricularia, et vel tertium cavum ventriculare descripsit, quod *loge moyenne ou pulmonaire* denominavit (in *crocodilo niloticō et caiman*) vel serius (vide tertiam editionem libri citati) priori sententia tantum temperata, *sinus ventriculi dextri* admisit (*sinus du ventricule droit, placé à la partie moyenne de la base du cœur*).

latus sinistro cordis margini parallele decurrit, superius et brevissimum ab ostio arteriae pulmonalis exhibetur, angulus externus sive dexter cum spatio interventriculari concidit, inferior denique apici cordis correspondet.

Trabeculae carneae admodum crassae, et e cordis pariete anteriori prosectae, septum ejusdem petunt.

*Ostium arteriae pulmonalis*, duabus valvulis nidi hirundinacei ad instar constructis, gaudet, quae tali modo sitae sunt, ut, altera alteri adplicata, occluso arteriae lumini duas quasi peras obvertant.

**R. Spatium interventriculare<sup>1)</sup>.**

*Spatium interventriculare*, sanguini, qui ex duobus atriis, ventriculoque sinistro egrediens, ventriculum dextrum atque ostia arteriae anonymae nec non aortae sinistrale petit, iter aperit.

Ejus cavum, quod postrorsum libero septi atriorum, anterius dextro cordis margine circumscriptum, ideoque duos inter ventriculos situm est, quinque offert aperturas, quarum duo ventriculi cavum dextrum seu anterius, reliquae tres autem sinistrum seu posterius intuentur: priores duae praeterea *ostium aortae sinistrae* nec non illud, per quod ad ventriculum dextrum fit transitus, alterae tres vero *ostium arteriae anonymae*, *ostium atrio-ventriculare dextrum*, atque tertium demum, cuius ope cum ventriculo sinistro communicat, constitunt.

*Interna superficies glabra* et trabecularum carnearum absque vestigio; superne, ita ut dextro *ostii arteriae pulmonalis* lateri adjaceat, et eidem contignum sit, *ostium aortae sinistrale* ostendit, quod duabus similibus gaudet valvulis, sed dimidio minus quam prius offert dimensionis spatium.

Pone ostium aortae sinistrale, ideoque intra cavi posterioris cordis spatium, *ostium patet arteriae anonymae*. Orificio hoc, amplissimum inter reliqua ventriculi orificia, ventriculi sinistri cavum intuetur, atque duabus valvulis, illarum ostii arteriae pulmonalis adinstar, instratum est; ab ostio atrio-ventriculari autem, quod ejus lateri sinistro adjacet, columnae aorticae ope sejungitur, quae tali ratione, ostii, de quo sermo est, capacitatem aliquantulum limitat.

*Ostium atrii dextri* ita, uti retuli, situm, limitem inter spatium interventriculare et ventriculum sinistrum statuit, valvulaque praeditum est triangulari, cuius basis septi atriorum basi adhaeret, apex autem liber fluctuat, *valvula atrio-ventricularis dextra*, inquam. Haec valvula duobus videtur fungi officiis, quorum alterum est, ostium atrio-ventriculare dextrum quum contra idem reflectatur, occludere, alterum vero illud obturare intervallum, in quo de ventriculo sinistro ad spatium interventriculare transitus expeditur. Hocce vero officium tunc absolvit, quum atrii ejusdem ostium aperit. Eodem enim temporis articulo recta deorsum delabitur, atque necessario ventriculi sinistri contra exitum adplicatur. Ejusdem valvulae interna

---

<sup>1)</sup> Correspondet, ut supra commemoravi, sinui ventriculi dextri, a Cuvier in crocodilis admisso.

superficies tota fere a corpore quodam carnoso occupatur, forma irregulari cordiformi praedito, cuius basis valvulae basi, apex vero ipsius apici correspondet; in superficie autem ventriculi cavum spectante apicem versus, duo altera praeterea corpora carnosa inveni pisiformia et voluminis longe minoris. Haec tria corpora carnosa, quorum officium in eo est, ut valvularum quibus accreta sunt inversionem impedian, analogiae gratia *nodos Arantii* vocabo <sup>1)</sup>.

### C. *Ventriculus sinister.*

*Ventriculus sinister* ex atrio sinistro sanguinem recipit arteriosum, ut eum in spatum interventriculare impellat <sup>2)</sup>.

Ejus cavum, forma conica praeditum, basi sursum, apice deorsum verso, capacitatem circiter dimidiam illius ventriculi dextri, paries vero duplo crassiores ac in illo, possidet, adeo ut, cum duarum quasi linearum spissitudinem offerant, ipsius cavi lumen superent.

Nec etiam orificia numero duo absunt, commemorati ventriculi dextri ad similitudinem, alterum nempe egressus, quod ad spatum interventriculare iter expedit, atque, ut supra loquutus sum, a valvula atrio-ventriculari dextra tunc tantum occluditur, quem, illa deorsum recta delapsa, atrii sui ostium patescit; alterum vero ingressus: *ostium atrii sinistri* inquam, quod duas valvulas, *anteriorem* et *posteriorem*, exhibit. Prior earum, seu *valvula atrio-ventricularis sinistra anterior*, a valvula atrio-ventriculari atrii dextri minime differt. Secunda, seu *valvula atrio-ventricularis sinistra posterior*, tamquam septi atriorum continuatio quoque consideranda, et pone praedictam valvulam anteriorem sita, marginem liberum offert semicircularem, cuius concavitas ventriculi cavum intuetur, anguli autem a duobus musculis papillaribus gubernantur. Ejus forma non dissimilis ab illa trapezii, cuius basis illi ventriculi sinistri adjacet, apex vero liber a nunc dicto margine semicirculari repraesentatur; spatum vero, basim inter et apicem comprehensum, duarum circiter linearum dimensionem adaequat. Talis ergo valvula ita supra ventriculi sinistri basim, pontis adinstar extenditur, ut ad sinus cujusdam formationem, *ventriculi sinistri sinus* inquam, illo in loco conferat, vel potius ejusdem constitutat fornicem.

E trabeculis carneis admodum crassis, quae totum ventriculi hujuscce parietem exornant, duo tantum, basim versus, illos musculos papillares (quos commemoravi valvulae atrio-ventricularis sinistrae posterioris angulos petere), constituant, reliquae vero ad *tuberculum quoddam centrale*, illico situm ubi valvulae atriorum (dextra et sinistra anterior) septo interventriculari adjacent, e toto septi pariete radiorum

<sup>1)</sup> Dictum vero officium tunc explent, dum in orificio, suis valvulis oclusa, cunei ad instar infinguntur.

<sup>2)</sup> Simile quidquam in *lacertis* quoque, in genere *Iguana* et in *Iguana delicatissima* praesertim observatum fuit. (Cuvier l. c.) Juxta descriptionem ab isto auctore traditam, *Iguana delicatissima* et *Chamaeleon africanus* magnam praebent cum *Psammosauro* analogiam, maxime quod vasorum arteriosorum originem atque ostium atrio-ventriculare sinistrum attinet.

more decurrent et colliguntur. Praedicto isti tuberculo, natura musculari praedito, tamquam continuatio ipsius, parvulus tendo subsequitur, cui superimposita septi atriorum basis utrumque ad latus in supparum quoddam procurrat, e quo nuper commemoratae valvulae atriorum conflantur. Tendo praeterea, de quo sermo est, fere omnibus septi ventriculorum trabeculis carneis dicto modo collectis, oppositi quoque parietis posterioris seu proprii ejusdem ventriculi colligit trabeculas et finit; quapropter ab ipso, insertioni trabecularum carnearum fere omnium ventriculi sinistri, locum dari constat<sup>1)</sup>.

#### §. 4. Trajectus sanguinis per cor.

Quum structura anatomica ducti, vel nullam in corde sanguinis arteriosi et venosi perfici mixturam, vel saltem totum fere sanguinem arteriosum arteriae anonymae ostium, totum fere venosum autem ostia aortae sinistram et arteriae pulmonalis ingredi, concludere possimus, mihi duplicem quoque et distinctam circulationem, sanguinis arteriosi et venosi inquam, per cor admittere licet.

Ecce iter, quod, sanguinem, e stricta cordis anatome nuper elahorata, necessario facturum esse, argumentor.

##### A. Circulatio sanguinis venosi.

Sanguis venosus, in sinum venosum congestus, per ostium ejusdem atrium dextrum intrat, et ita dirigitur, ut maxima ex parte in sinum atrii dextri recipiat. Quo facto, hujusec atrii systole sequitur, simulque omnium trabecularum carnearum nec non trium musculorum papillarum valvulae sinus venosi contractio. Hi tres parvuli musculi angulum superiorem valvulae tali modo sursum recta educunt, ut inde ejusdem ostii sequatur occlusio, quae eo praeterea adjuvatur, quod atrii paries, ostio illi subjectus, membranosus quum sit, simul cum hoc sursum quoque educitur, et plicam quandam longitudinalem temporariam efformat, ejus ope ostium idem perfecte occluditur.

Eodem tempore, sanguinis unda a contracto sinu auriculae dextrae in orificium atrio-ventriculare rejecta, hoc per ostium transit, et valvulam ejusdem recta deorsum invertit. Haec contra ventriculi sinistri exitum ad�licatur, ejus communis

1) Quoad hujuse tendinis officium ex re est notare, quum sanguinis unda ventriculi sub diastole magno eum impetu in basim seu fornicem eavi sinistri seu posterioris cordis, quae ab atriorum tantum valvulis dextra praesertim et sinistra anteriori, ultraque fluctuante, conflatur ideoque supra modum gracilis est, directe impellatur, eodem autem temporis vestigio, omnibus trabeculis carneis ventriculi sinistri contractis, tendo ille quoque fortiter et necessario intendator: procul dubio ejus officium esse debet, fornicem cordis partis sinistram seu posterioris, sub systole adeo firmam reddere, ut undae sanguinis impetum sustineat. Hanc immerito igitur *funiculum* seu *trabs ventriculi* appellabitur. Praeterea autem quum eodem tempore atriorum diastole fiat, illorum septo quoque fixum præbet fundamentum.

cationem cum spatio interventriculari ita praepedit, verumtamen dicti ventriculi in cavum inverti non potest, ntpote quum ejus noduli Arantii in exitum illius ennei ad instar infigantur. Inde sanguinis unda in spatium interventriculari advepta, ostium arteriae anonymae ingredi nequit, columna aortica enim a qua deorsum deflectitur, illiusque ostii spatium limitatur, eidem obsistit. Autrorsum igitur a valvula tantum atrii dextri, in exitu ventriculi sinistri fortiter infixa, deorsum vero a systole atrii dextri, nee non columnae aorticae repagulo, impellitur. Sanguis tali modo in ventriculum dextrum et suum quidem contra parietem anteriorem effunditur, quo facto, ejusdem ventriculi systole absoluta, in cordis basim impellitur.

Eodem tempore valvula atrio-ventricularis dextra atrii sui ostium non potest non occludere, 1. quia remoto undae sanguinis venosi obstaculo, snapte vi libera recellit, 2. quia atrii cui praeficitur, diastole subinde sequitur, 3. quia, dum synchronica ventriculi sinistri systole, sanguinis arteriosi torrentem in spatium interventriculari impellit, ipsa erga atrii sui ostium ab eodem retrovertitur illudque oppilat.

Arteriae anonymae ostium cordis cavum posterius intuetur, atque a sanguinis arteriosi torrente, qui magna cum vi e ventriculo sinistro in illud sursum projicitur, penitus occupatur; ut hoc taceam, eundem torrentem, columnae in morem, jam per se praeterea sanguini, qui e ventriculo dextro in spatium interventriculari regressurus esset, obstaculo fore.

Hisce ergo innixus argumentis, quum aortae sinistrae et arteriae pulmonalis tantum ostia dextro cordis cavo lumen liberum obvertant, haec quoque sola ab unda sanguinis venosi, e ventriculo dextro propulsa, maxima saltem ex parte, permeari oportere, concludo.

### B. Circulatio sanguinis arteriosi.

Arteriosus venae pulmonalis sanguis ejusdem nominis per ostium, introrsum et deorsum oblique directus, atrium sinistrum ita ingreditur, ut ipsius parietem internum recto protinus amne percellat.

Quum autem hicce paries sese contrahendi impos sit, sanguinis ideo impulsui cedit, illicoque protrusus, dum tam superiore quam inferiorem sni partem ad se attrahit, *sinum* constituit *temporarium*, quo ejusdem undam recipit; quod quum de superiore fit, illa nimurum parietis parte deorsum tracta, orificium pulmonale coactatur, simulque ibidem, ubi, ostio aperto, sulcus semicircularis existit (vide atrii sinistri anatomen) *plica* quaepiam *temporaria* exseritur, quae ostium illud perfecte fere occludit; quum vero de inferiore contingit, ista parietis parte sursum addicita, valvula atrio-ventricularis (sinistra anterior) sursum pariter evexit, ejusdemque in cavum ventriculi replicatione praeversa, ostium atrio-ventriculari simul aperiri nequit. Si quis temporarius igitur, tali ratione conflatus, cavum suum atrio sinistro obvertit. Ostia ambo vero occlusa sunt; hocque tanto magis, quod eorum occlusio muscularibus hujuscem parietis interni fibrillis perfecta demum redditur. Sphincter enim ostii pulmonalis et funiculi laterales contrahuntur, atque ostium ve-

nae pulmonalis perfecte oppilant; — funiculus medianus vero, orificiis ambobus atrii sibi iuvicem admotis, impedit, quominus ostium atrio-ventriculare aperiatur.

Quum ideo unda sanguinis, neque in venam pulmonalem regredi, neque etiam in ventriculum protinus transire possit, exinde liquet, eandem atrii sinistri tantum sinum petere oportere, qui, utut validis trabeculis carneis exornatus, contrahitur, sanguinique, contra ostium atrio-ventriculare appulso, impetum sat validum impertitur, ut dicti ostii valvulas deorsum invertat, sibique liberum inter illas expeditat iter <sup>1)</sup>.

Unda sanguinis, duabus valvulis atrio-ventricularibus patefactis, in ventriculi sinistri cavum irruit: quo facto duae illae valvulae, anterior scilicet elasticitatis suae vi nec non subsequentis atrii diastoles impetu, posterior vero, dum a sanguine, qui ventriculi sinistri sinum petit atque distendit, protrusa extollitur, altera alteri applicitae ostium occludunt <sup>2)</sup>.

Eodem tempore hujusee ventriculi systole sequuta est. Hic notandum, undam sanguinis tali modo directam illum ventriculum ingredi, ut jam ex lege physica inde ad spatii interventricularis basim reflecti debeat. Quum praeterea ejusdem ventriculi cavum, directione verticali, formaque conica praeditum sit (ejus ostium atrio-ventriculare jam occlusum, uti dixi), unda sanguinis in spatium interventricularis ejusque contra basim seu fornicem directe projicitur.

Istius regionis nunc perscrutemnr orificia. Ostium atrii dextri, valvulae sua ope ab unda sanguinis arteriosi magna cum vi contra idem inversae, occluditur. Ostium aortae sinistrae, quoniam cavum cordis dextrum seu anterius intuetur, eidem sanguinis undae recta impervium est. Sanguis venosus denique, systole ventriculi dextri projectus, alienae sanguinis undae, quae eodem temporis vestigio eundem ingressura esset ventriculum, plus minus obstat. Quum ideo, spatii interventricularis in basi seu fornic, amplissimum tantum reliquorum ostium, illud *arteriae anonymae* scilicet, sanguinis arteriosi undae, systole ventriculi sinistri expulsae, exakte obsistat, si permagnam praeterea hujusee parietum perpendimus vim, sanguinis torrentem, eodem ventriculo projectum, maxima ex parte saltem in amplum orificio, quod illi proximum obviam fit, in illud *arteriae anonymae* nempe irruturum esse, facile intellexitu erit <sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Multifarum hujusee mechanismi artificeum si defuisset, sanguinem fere totum, atrii sub systole, tum propter ostii pulmonalis amplitudinem quum propter valvularum in ipso defectum, per venam pulmonalem regredi oportuerat.

<sup>2)</sup> Quamobrem apex obtusus valvulae anterioris margini libero semicirculari ad amissum adhaeret.

<sup>3)</sup> Ex dictis constat, caput, truneum et extremitates hujusee reptilis, crocodilorum ad similitudinem, sanguinem maxima ex parte arteriosum per arteriam anonymam, organa vero digestio- nis sanguinem potius venosum per aortam sinistram recipere; quam non immerito Martin Saint' Ange nec non postea Mayer (loc. cit.) *arterioso* foetus mammalium *canali* aequipara- runt: quo accedit, sanguinem ad caput per arteriam carotidem et ad extremitates anteriores per arterias subclaviae pergentem, quippe qui ex arteria *anonyma* proveniat, fere totum esse arteriosum. — Denique, bene gnari, naturam omnia certum quemdam ad finem procreasse,

P a r s s e c u n d a.

*Arteriae.*

§. 5. **Conus arteriosus.**

Trum arteriarum primitivarum, *arteriae anonymae* scilicet, *aortae sinistrae* et *arteriae pulmonalis* in origine complexum, *conum arteriosum*<sup>1)</sup> denomino. Hi tres trunci, quorum duo priores e *spatio interventriculari*, tertius vero e *ventriculo dextro* originem ducunt, inter atria sinistrorum leviter obliqui nec non vagina communis obvoluti septem circiter per lineas progrediuntur; quo in decursu alter prope alterum ita siti sunt, ut *arteria pulmonalis* anterius et aliquantulum sinistrorum, *aorta sinistra* hujuscemadum latus dextrum eique parallela (ideoque anteriorum quoque), *arteria anonyma* denique pone nunc dictas, directione magis verticali, decurrat. Magna illa tria vasa, brevi isto itinere peracto, ibidem, ubi *arteria anonyma* in *carotidem communem* et in *aortam dextram* discedit, e vagina communis egressa, suam inde unumquodlibet petunt metam. Quoadusque antem dicta vagina adhuc obvestinntur, parietes tam arcte inter se connexas exhibent ut scalpellī ope a se invicem diduci nequeant, truncusque magnus ex iis compositus, *conus arteriosus* inquam, ampli et umici vasis, septis quibusdam tres in tubulis divisi effigiem praebat, enjus paries liber tantum, *arteriae anonymae* appertinens, majoris crassitudinis gratia distingui potest. Supradicta vero vagina nihil aliud est, quam membrana cellularis quaedam (reflexa fortasse pagina serosa pericardii), totum illum truncum communem extus ubique obducens, quae, cum super sulcos superficiales, inter tres illas arterias primitivas intersitos transit, crassior fit, et parvas eorundem lacunas plane explet<sup>2)</sup>.

Quum denique tria magna vasa de quibus sermo, sua unumquodque in origine, bulbi ad instar protuberent, trunco ab ipsis composito formam plus minus conicam praebent, hand indignam quae eoni arteriosi nomine compelletur.

---

miraque praeterea suis in operibus simplicitate excellere, jam exinde concludere poterimus, in corde *Psammosauri grisei* aut plane nullam sanguinis arteriosi et venosi dari mixturam, aut, si qua detur, saltem non perfectam, talem vero tunc demum, postquam caput et extremitates anteriores sanguine plus minus oxygenato trajectae fuerunt, contingere. Elenim profecto operae pretium non erat, hujuscemadum cordi structuram seens illa mammalium fere artificiosorem, utriusque aortae autem privam seorsim originem, et ulteriorem in profundo denique thoracis cavi anastomosim, largiti. — Hujuscemadum capituli ad calcem adjectum velim, cor psammosauri grisei de reptilibus corde biventriculari praeditis, ad illa, quae unicum tantum cavyum ventriculare offerunt, pedetentim transitum expedire.

<sup>2)</sup> Hujuscemadum structuræ causa, si vasa haec cerea materie injecta spectamus (Fig. I. 2.), trunus unus in quatuor ramos discessurus, adesse videtur.

<sup>1)</sup> Fig. I. 2.

## §. 6. Trunci primitivi e cono arterioso oriundi.

### A. Arteria anonyma seu truncus brachio-cephalicus.

*Arteria anonyma*, postquam e communi coni arteriosi vagina evasit, in *aortam dextram*<sup>1)</sup> *carotidemque communem*<sup>2)</sup> discedit. Ejus ex origine primitiva autem in parte posteriori, *arteria coronaria communis* originem dicit, quae, ab atrio dextro omnino obiecta, jam quum se in sulco circulari nobis offert, in *arteriam coronariam anteriorem seu dextrum*<sup>3)</sup> et in *coronariam posteriorem seu sinistram*<sup>4)</sup> divisa est.

*α) Arteria coronaria anterior seu dextra* in sulco circulari circum cordis marginem dextrum decurrens, ejusdem adit faciem anteriorem (seu inferiorem), ubi ventriculi parti dextrae anteriori (seu inferiori) ramos spargit, unoque inde etiam coni arteriosi vaginae dimisso, duos in ramos terminales praecipuos dispescitur, qui super ejusdem ventriculi partem sinistram anteriorem (seu inferiorem) descendentes terminantur.

*β) Arteria coronaria posterior seu sinistra*, cordis in sulco circulari faciei posterioris (seu superioris) progreditur, illique ventriculi parti simul cum atriis ramuscilos suis elargitur.

#### a. Aorta dextra.

*Aorta dextra*<sup>5)</sup>, omnium arteriarum amplissima, *carotidisque communis* lateri dextro adjacens, antrorum procurrit et leviter dextrorum (aorta dextra ascendens), super brouchum lateris sui incurvatur (*arcus aorticu dexter*)<sup>6)</sup>, quo facto pone eundem sinistrorum et postrorum ad columnam vertebralem descendit (aorta dextra descendens), atque *arteria demum subclavia communis* abire jussa, *aorta thoracica descendens* sonat.

*Arteria subclavia communis*<sup>7)</sup>, angulo acuto secedens, antrorum atque sinistrorum, tracheae usque ad bifurcationem progreditur, ubi eadem ventriculoque obiecta, in *subclavium dextrum et sinistrum*<sup>8)</sup> dirimitur, quarum unaquaeque, quum a columna vertebrali secedit, lateris sui regionem subalarem petit, et *arteria axillaris* vocatur.

#### b. Arteria carotis communis.

*Arteria carotis communis*<sup>9)</sup> *aortam dextram inter et sinistrum* usque ad tracheae bifurcationem procedit, prope quam curvatura quadam sigmoidea sinuata, in *carotidem dextram et sinistrum* dispescitur.

<sup>1)</sup> Fig. I. 21. 21. — <sup>2)</sup> Fig. I. 9. — <sup>3)</sup> Fig. I. 1. et Fig. II. 1. — <sup>4)</sup> Fig. II. 2. — <sup>5)</sup> Fig. I. 21. 21

<sup>6)</sup> Fig. I. 22. — <sup>7)</sup> Fig. I. 23. — <sup>8)</sup> Fig. I. 24. 24. 25. 25. — <sup>9)</sup> Fig. I. 9.

**E carotide communi oriuntur:**

α) *Arteria mammaria interna* <sup>1)</sup>, quae suo in decursu duplex absolvit officium, alterum nempe, ut pericardio, hepati, et parietibus potissimum thoracico-abdominalibus vasa suppeditet, — alterum vero, ut inter arterias pelvicas et illas extremitatum posteriorum et *carotidem communem* anastomosim constitutat <sup>2)</sup>.

Oritur autem e carotide communi duas circiter lineas inde ab ejus origine, atque hepatis super lobum sinistrum recurrit, ubi in *arteriam mammariam internam dextram* <sup>3)</sup> et in *arteriam mammariam internam sinistram* <sup>4)</sup> discedit; qua via unum tantum vas ad pericardium, *arteriam pericardicam* <sup>5)</sup> scilicet, dimittit.

*Arteria mammarii interna* vero utriusque lateris, parietis thoracici inferioris faciem internam nacta, super eadem abdominis usque ad regionem hypogastricam, ubi cum *arteria epigastrica* <sup>6)</sup> confluit, progreditur, quo in itinere, parieti thoracico et abdominali magnum ramorum numerum emittit; quorum e prioribus aliqui, parietem penetrantes thoracicum, *arteriae mammariae externae* cum postremis ramulis concurrunt <sup>7)</sup>.

*Arteria mammaria interna dextra* praeterea, antequam parietem thoracicum assequatur, *arterias hepaticas sublimes*, *dextram* <sup>8)</sup> nempe, et *sinistram* <sup>9)</sup> utramque ad jecoris convexitatem recurrentem, expedit, quarum prior se in illius visceris lobo dextro, secunda in sinistro abdit.

β) *Arteria bronchialis* <sup>10)</sup>, quae, ubi *carotis* in *dextram* et *sinistram* abiturit, orta, brevi post in duos ramulos, quorum alter bronchum dextrum, alter vero sinistrum adit, discedit.

γ) Parvuli denique quidam ramuli, qui propinquum parietem thoracicumpetunt.

**B. Aorta sinistra seu visceralis. (Cuvier).**

*Aorta sinistra* <sup>11)</sup>, e communi coni arteriosi vagina simul soluta, antrorum et nonnihil sinistrorum aequae ac carotis communis decurrit (*aorta sinistra ascendens*), super bronchum postea ejusdem lateris, et ventriculi originem curvatur (*arcus aorticus sinister*) <sup>12)</sup>, et denique, parietis thoracici dorsalis faciem internam petens, regreditur (*aorta sinistra descendens*); qua decursus ratione subter cordis apieem *aortaeque thoracicae descendentis* ad latum advecta, inde in recurrentem *arteriam oesophageam* <sup>13)</sup> et in *arteriam mesentericam communem* <sup>14)</sup> tamquam trunci continuationem, dividitur. Ubi autem in illas duas dirimitur arte-

<sup>2)</sup> Huic arteriae ideo, quippe quae parietum thoracio-abdominalium nutritioni praesit, nec non sui ipsius ope arterias e pelvi cum truncis arteriosis primitivis facial confluere, *mammariae internae* nomen imposui.

<sup>1)</sup> Fig. I. 10. 10. — <sup>3)</sup> Fig. I. 13. etc. — <sup>4)</sup> Fig. I. 12. etc. — <sup>5)</sup> Fig. I. — 11. <sup>6)</sup> Fig. I. 17. 17. —

<sup>7)</sup> Fig. I. 16 et Fig. VIII. 11. — <sup>8)</sup> Fig. I. 15. — <sup>9)</sup> Fig. I. 14. — <sup>10)</sup> Fig. I. 20. — <sup>11)</sup> Fig. I. 5. 5. — <sup>12)</sup> Fig. I. 6. — <sup>13)</sup> Fig. I. 7. — <sup>14)</sup> Fig. I. 8. et Fig. III. 1.

rias, cum dicta *aorta thoracica descendente* confluit, quae hoc in loco *aorta abdominalis* nuncupatur.

Ex aorta sinistra proficiscentur:

*a) Arteria oesophagea seu ramus recurrens aortae visceralis* <sup>1)</sup>, qui, oesophagi finem nactus, versus ejusdem originem pharyngem super illum procurrit, eidemque toti ramulos suos spargit.

*b) Arteria mesenterica communis*, seu continuatio aortae visceralis <sup>2)</sup>. Decurrit corporis partem posteriorem versus, et ad sinistrum columnae vertebralis latus, atque intestino tenui et colo nec non recti dñabus partibus superioribus suos dispergit ramos, quorum praecipui sunt:

1. *Arteria colica* <sup>3)</sup> haud longe a trunci primitivi origine orta, ejus ramum constituit principem, atque ad mesocolon usque quum indivisa pervenerit, in plures dispescitur ramos; quorum quidam tantum tenuis intestini extremitatem posteriorem, plerique vero colon totum potissimum adeunt.

2. *Arteria mesenterica anterior* <sup>4)</sup> ad partem anteriorem tenuis intestini.

3. *Arteria mesenterica posterior* <sup>5)</sup>: ejusdem ad partem posteriorem.

4. *Arteria haemorrhoidalis anterior* <sup>6)</sup> denique, quae trunci primitivi continuationem sistit, longumque post iter, sese in intestini recti parte anteriore et media ramificat.

### C. *Arteria pulmonalis communis.*

*Arteria pulmonalis communis* duas circiter lineas e cono arterioso libere evecta, in *pulmonalem dextram* <sup>7)</sup> et in *sinistram* <sup>8)</sup> dividitur, quarum prior statim fere, altera vero, postquam ventriculi originem trajicit, simul cum *venis pulmonalibus* ad lateris sui pulmonem commeant.

### §. 7. *Arteria myelica* <sup>9).</sup>

*Arteria myelica* <sup>10)</sup> (a μύελός medulla) medullae spinalis, nec non, suaे continuationis causa *basilaris* sub nomine, medullae oblongatae, cerebelli, processumque ad cerebellum nutritioni praeficitur.

Haec arteria per totam medullae spinalis longitudinem in sulco ejus inferiori decurrit, et ad cranium usque procedit, quod denique ingressa, *ramo spinali ultimo* <sup>11)</sup> utriusque lateris recepto, *arteria basilaris* audit.

Eadem a *ramis spinalibus*, unoquoque in spatio intervertebrali in ipsam paulo antrorsum versus confluentibus, componitur: qui rami, a) in spatio caudali ex

<sup>9)</sup> Quum haec arteria ad vasa capiti emittenda simul conferat, ejus descriptionem illi carotidis propono, ne, in arteriarum, quae ad idem pergunt, expositione, interruptio fiat.

<sup>10)</sup> Fig. I. 7. — <sup>2)</sup> Fig. I. 8. et Fig. III. 1. — <sup>3)</sup> Fig. III. 2. <sup>2.</sup> — <sup>4)</sup> Fig. III. 3. — <sup>5)</sup> Fig. III. 4. — <sup>6)</sup> Fig. III. 5. — <sup>7)</sup> Fig. I. 3. — <sup>8)</sup> Fig. I. 4. — <sup>10)</sup> Fig. V. 5. 5. Fig. VI. 1. et Fig. VII. 1. 1. — <sup>11)</sup> Fig. V. 7. 7. Fig. VI. 8. 8. Fig. VII. 4. 4.

*arteria caudati* (ejusque e ramo superiori), b) in lumbali ex *arteria iliaca interna*, c) d) in abdominali et thoracico ex *arteriis intercostalibus*, e) in cervicali ex *arteria vertebrali*, primo tantum excepto, qui ab *arteria cervicali*, et ultimo, *ramo spinali penultimo* inquam, qui ab unaquaque sui lateris *subclavia* emittuntur, f) in crano denique ex *arteria cervicali*, *ramus spinalis ultimus* nempe, utroque in latere proveniunt.

Arteriae praeterea de qua sermo, volnmen, pariter cum illo medullae spinalis modo adangetur, modo imminuitur. Ramuli autem hocce nutrientes viscus, quos *ramulos spinales*<sup>1)</sup> voco, ab arteriae parietis parte sulco ejusdem longitudinali inferiori contigua tantum proveniunt, et vaseula innumera constitunt, quae oculum non armatum propemodo subterfugiunt, et post dimidiae circiter vel duarum linearum iter, pleraque indivisa in illo sulco se abund<sup>2)</sup>.

*Arteria basilaris*<sup>3)</sup>. Haec<sup>4)</sup> in sulco longitudinali inferiore medullae oblongatae usque ad thalamos nervorum opticorum progreditur, pone quos, anfractu quodam sinuata, in *arterias communicantes posteriores*<sup>5)</sup> dividitur<sup>6)</sup>: quae a se invicem se ita divertunt, ut arcum quemdam (*arcum Willisii* inquam)<sup>7)</sup> effingant, postea vero simul cum *arteria carotide interna* cum qua prius conjunguntur, *arteriam communicantem anteriorem*<sup>8)</sup> efficiunt.

Ex *arteria basiliari* oriuntur:

- α) vaseula ad medullam oblongatam, et
- β) *arteria cerebello-spinalis*<sup>9)</sup> quae ad eandem nec non ad cerebellum, et ad processus ad cerebellum commeat.

<sup>2)</sup> Summa horum rami<sup>lorum</sup> spinalium gracilis necessaria erat, ne sanguis, ab arteria tam magna ejectus brevissimumque per spatiū decurrens, medullae spinali concussionem perniciōsam intulisset. — Tanta praeterea arteriarum medullam spinalem nutrientium abundantia, motuum alacritatem nec non irritabilitatem muscularēm maximam effici quisque concepit. — *Arteria myelica* denique, soli *arteriae spinali anteriori* hominis, anastomosium variarum ope, usque ad finem medullae spinalis continuatae, eidemque parum analoga esse videtur. Quoniam enim in *arteria spinali anteriore*, quae ad medullam spinalem *spinalis longa anterior* nuncupari deberet, sanguinem deorsum labi oporteat (Theile Gefäßlehre in der Sömmerring'schen Anatomie), verum enim vero *arteria myelica* e cauda ad caput versus (uti jam ex eo patet, quod *rami spinales* in eam antrorsum versus confluent), ex opposito ergo, advehatur, si quid analogiae inter easdem restiterit, quoad situm tantum valere potest.

<sup>3)</sup> Hanc arteriam basilari hominis conformem habeo, tam decursus sui rationis causa quam quia sanguinem ex arteriis vertebralibus.

<sup>4)</sup> Hosce ramos, *arteriis profundis cerebri* hominis analogos, *communicantes posteriores* de nomine, quia eorum ope partis posterioris encephali sanguis cum illo partis ejusdem anterioris confluit.

<sup>5)</sup> Sic dicendum, quia ejus ope *arteria basilaris* et *carotis interna* confluunt.

<sup>6)</sup> Fig. VII. 2. — <sup>4)</sup> Fig. V. 9. Fig. VI. 2. Fig. VII. 6. — <sup>5)</sup> Fig. VI. 4. 4. Fig. VII. 10. 10. —

<sup>8)</sup> Fig. VI. 13, Fig. VII. 11. 11. — <sup>9)</sup> Fig. VI. 3. Fig. VII. 7. 7.

## §. 8. Arteria carotis.

*Arteria carotis communis* <sup>1)</sup> ntriusque lateris una cum supradescripta *myelica*, ad omnia capitis et colli organa, sanguinem mittit.

Oesophagi et pharyngis lateri adsita, caput versus progreditur usque ad os quadratum seu ad maxillam inferiorem, pone quam in *eurotidem internam* et *externum* seu trunci continuationem <sup>2)</sup> dividitur <sup>3)</sup>.

Hocce toto sub decursu, et ante dictam bifurcationem, musculis scapulae collique nec non oesophago et pharyngi plures spargit ramos, quorum quidam ad tracheam quoque perveniunt, principales autem sunt:

α) *Arteria oesophago-trachealis posterior* <sup>4)</sup>. Ad tertiam circiter tracheae partem inferiorem orta, sulcum oesophago-trachealem inde petit, in quo antrorsum versus decurrens, cum arteria *oesophago-tracheali anteriore* confluit: suo autem in decursu ad oesophagum et ad tracheam nos diradiat ramos.

β) *Ramus trachealis* <sup>5)</sup> organis colli maximi momenti, laryngi nempe et linguae, nec non superficie lateralی capitis, musculisque quibusdam masticatoriis arterias suppeditat. Ad tertiam circiter colli partem anteriorem oritur, atque antrorsum decurrens, aufractu quadam extrorsum fleetitur, ex quo ad musculos propinguos, nec non ad keratohyoideum <sup>6)</sup> vasa proficiscuntur. Apicem postea petit posteriorem cornu anterioris hyoidei, super quod quatuor circiter per lineas procedens, in ramum externum i. e. *arteriam maxillarem externam*, et in ramum internum seu *arteriam hyo-glossa-laryngeum* dispescitur.

ua) *Arteria maxillaris externa* <sup>7)</sup>. <sup>8)</sup> Haec, super musculum pterygoideum (Cuvier l. c.) erecta, ante meatum auditorium extermum ascendit, superque musculum temporale (Cuvier l. c.) denique *arterium temporale superficiatem* constituit.

Hoc in itinere ab ipsa emittuntur:

1. *Rami pharyngei* <sup>9)</sup> ad pharyngem commeantes.

2. *Arteriae pterygoideae* <sup>10)</sup>, quae, numero duo, sat crassae vero, in musculo ejusdem nominis se abdunt.

3. *Arteria submentalilis superficialis* <sup>11)</sup> ad pharyngem destinata, potissimum vero ad musculum subcutaneum colli, in regione submentali.

<sup>3)</sup> Carotidis bifuratio quoque, hoc in loco facta, analogia cum illa hominis non destituitur.

<sup>6)</sup> Cuvier muscles des reptiles.

<sup>8)</sup> Quum haec arteria a) sua in origine prope maxillae inferioris articulationem sita sit, et oris angulum versus subcutanea decurrat, nec non b) musculis masticatoriis et integumentis, oris angulo et regioni submentati vasa suppeditet. eam tamquam analogam *arteriae maxillari externae* hominis pertracto.

<sup>1)</sup> Fig. I. 18. 19. Fig. IV. 1. 1. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 10. — <sup>4)</sup> Fig. IV. 3. — <sup>5)</sup> Fig. IV. 4. 4. —

<sup>7)</sup> Fig. IV. 5. — <sup>9)</sup> Fig. IV. 6. 6. — <sup>10)</sup> Fig. IV. 7. 7. — <sup>11)</sup> Fig. IV. 8.

4. *Arteria transversa faciei* <sup>1)</sup>, eutem perreptans prope maxillae angulum <sup>2)</sup>.

5. *Arteria auricularis anterior superficialis* <sup>3)</sup> per partem rimans anteriem meatus auditorii externi.

6. *Arteria temporalis superficialis* <sup>4)</sup>, quae arteriae maxillaris externae continuationem constituit, atque supra musculum temporale, cui aliquos spargit ramos, usque ad angulum oris progreditur, quo in loco in duas exiles arterias coronarius labii, superiorem nempe et inferiorem dispescitur.

ββ) *Arteria hyoglosso-laryngea* <sup>5)</sup>. Sicuti graecus ejus sonat fons ossis hyoidei, ejusque musculi keratohyoidei, laryngis et linguae nutritioni potissimum inservit.

Haec arteria, continuationem *rami trachelici* efficiens, super cornu anterius hyoideum usque ad interhyoideum procurrit, sub quo inde transit, seque origini tracheae approximans, in arteriam oesophago-trachealem anteriorem, et in arteriam laryngeam, sui continuationem, discedit.

Ex arteria hyoglosso-laryngea oriuntur:

1. *Rami keratohyoidei* <sup>6)</sup>.

2. *Arteria submentalis profunda* <sup>7)</sup>, quae basim oris versus decurrit, et musculum adit subcutaneum colli.

3. *Arteria ranina* <sup>8)</sup>, quae musculum hyoglossum petit, ejusque radici parvum ramulum clavigera, ipsum penetrat, ac usque ad linguae basim flexuose percurrit, donec in ea funditus subdivisa, cum postremis arteriae sublingualis ramulis consociatur.

4. *Arteria hyoidea* <sup>9)</sup> cornu hyoideo posteriori addicta.

5. *Arteria oesophago-trachealis anterior* <sup>10)</sup>, quae postrorsum decurrit, atque cum synonyma posteriori, cui parem se exhibet, confluit.

6. *Arteria laryngea* <sup>11)</sup>, quae, quibusdam *ramulis pharyngeis* dimissis, laryngem anfractuosa nanciscitur, et super eundem in arteriam laryngeam inferiorem <sup>12)</sup> et in superiorem <sup>13)</sup>, officio jam ex nomine patente fungentes, discedit; quo facto ex inferiori ramulus quidam ad propinguum musculum mylo-pharyngo-hyoideum accedit.

γ) *Arteria cervicalis* <sup>14)</sup>, quae paullo ante *carotidis* bifurcationem in *internam* et in *externam* oriunda, in plures *ramulos recurrentes* <sup>15)</sup> muscularisque cervicis se insinuantes dispescitur, quorum unus i. e. *ramus spinalis penultimus* <sup>16)</sup> primam inter et secundam vertebraum cervicalem, canalem vertebralem ingreditur, atque in arteriam myelicum influit; — alter seu *ramus spinalis ultimus* <sup>17)</sup> ad articulationem atlanto-occipitalem pergit, eique vasculum quoddam impertitus, per ipsam in craniis cavum ad latus medullae oblongatae intromittitur; quo facto eodem in

<sup>2)</sup> Ideoque analoga eidem hominis arteriae.

<sup>1)</sup> Fig. IV. 9. — <sup>2)</sup> Fig. IV. 10. — <sup>4)</sup> Fig. IV. 12. — <sup>5)</sup> Fig. IV. 13. — <sup>6)</sup> Fig. IV. 14. — <sup>7)</sup> Fig. IV.

<sup>15. 15.</sup> — <sup>8)</sup> Fig. IV. 16. 16. — <sup>9)</sup> Fig. IV. 17. — <sup>10)</sup> Fig. IV. 18. — <sup>11)</sup> Fig. IV. 19.

<sup>12)</sup> Fig. IV. 21. — <sup>13)</sup> Fig. IV. 20. — <sup>14)</sup> Fig. VI. 6. — <sup>15)</sup> Fig. VI. 7. 7. — <sup>16)</sup> Fig. V.

6. 6. Fig. VII. 3. 3. — <sup>17)</sup> Fig. V. 7. 7. Fig. VI. 8. 8. Fig. VII. 4. 4.

cavo, posteaquam medullae oblongatae exilem arteriam spinalem lateralem<sup>1)</sup> latus est, cum illo alterius lateris in arteriam myelicam conciliatur, hocque pacto ad originem arteriae basilaris supradescriptae, confert.

### §. 9. Carotis interna<sup>2)</sup>.

*Carotis interna*<sup>3)</sup>, quippe quae encephali ad nutritionem una cum arteria myelica concurrat, hujusque auxiliaria habenda est<sup>4)</sup>.

**2) Canalis caroticus.** Quum hunc canalem, ni fallor adhuc temporis ignotum, quo facilis carotidis internae decursus describatur, nosse oporteat, mihi ex re esse videtur, hanc ejus icunulam exarare. — Est autem canalis osseo-membranosus, in regione laterali basis crani situs, cuius in cavum penetrat, postquam duas curvaturas, alteram scilicet *horizontalem*, alteram vero *verticalem* complevit. — Ejus paries internus ossens, externus vero membranosus est, illo tantum decursus spatio excepto, ubi prima adest curvatura, quo in loco, quippe quum dictus canalis in corpore ossis sphenoidei se condat, paries totus undique osseus evadit. — Ejusdem initium e profunda fovea temporali profectum, a foramine quodam membranosae alae magnae sphenoideae procedit, ibidem sito, ubi eadem cum processus descendantis ossis petrosi origine conseritur<sup>4)</sup>. — *Processus* autem *descendantis* nomine, conicum quemdam ossis petrosi processum, qui antrorsum et introrsum ad crani basim descendit, eujusque margo longus inferior cum ala minore seu posteriore sphenoidea, extremitas vero cum corpore ossis sphenoidei conjungitur, insignire velim. — Extus, ibidem, ubi illud notavimus foramen, sulcus quidam, linea illa exaratus, qua processus descendens ossis petrosi cum ala minori seu posteriore sphenoidea coalescit, originem ducit: qui cum ab ala magna sphenoidea obtiegatur, in canalem usque ad parietem posteriorem corporis sphenoidei descendente, necessario transformatur. — Ipse canalis, haec tenus osseo-membranosus, inter corpus ossis sphenoidei ita deorsum et introrsum directus progreditur, ut inde *prima* ejusdem *curvatura* seu *ossea*, seu *horizontalis* efficiatur. — In superficie anteriori praeterea corporis ossis sphenoidei, duo patent foramina, quorum inferius canalis haec tenus descripti finem nec non primae curvaturae terminum, superius vero, quod *foramen caroticum* audit, quum basim crani, ad latus sellae turecae et pone eandem, perforat, terminum secundae curvaturae eodemque modo canalis carotici introitum in cranium constituit<sup>\*\*</sup>). — Eadem denique superficies anterior corporis ossis sphenoidei, ubi duo supra descripta foramina adesse dixi, a membrana quadam, quae pontis ad instar super ipsam trajicitur, obiecta, hanc ob rem vacuum quoddam intinetur spatium, quod canalem quasi, verticaliter directum, et cum prima curvatura angulo acento coenunt, efficit, ideoque *secundam curvaturam verticalem* seu *osseo-membranosam* constituit, eujus ope canalis caroticus, haec tenus descriptus, per foramen carotici crani ingreditur cavum.

**4) Haecce carotidi internae hominis mire conformis est, cum 1. origo ejus parem situm habeat, 2. cum extra eavum crani, atque in canali privo i. e. carotico, sat longum faciat iter,**

**\* Hoc parvulum foramen a nemine scriptore adhuedum commemoratum fuisse reperi, verumtamen simile quidpiam in figura quadam iconum zootomicarum clar. B. Wagneri videre licet. Tab. XIII. Fig. XVI. A.**

**\*\*) Hujusce foraminis, quod pluribus in sauriis et testudinibus inveni, in zootomicis libris indicium frustra quaesivi, forsitan tamen illud est, de quo Cuvier commemoravit, cum sauriorum os sphenoideum perscrutatur: ibidem utputa legitur, un trou percé sur le côté du sphénoïde conduit dans la fosse pituitaire. l. c.**

<sup>3)</sup> Fig. V. 8. 8. Fig. VI. 9. Fig. VII. 5. 5. <sup>4)</sup> Fig. VI. 11. Fig. VII. 8. 8. etc.

Ejus volumen circiter dimidium est illius *carotidis externae*. Longe gracilior ergo quam in homine nobis observatur, quod saepe non mirabimur, si, hemisphaeria cerebralia quibus talis arteria praeficitur in reptilibus admodum parva esse, nec non arteriam *ophthalmicam*, quae in homine ejus rami principem sistit, hoc in reptili e *carotide externa* oriri, perpenderimus.

Pone os quadratum, ut dictum, orta, os occipitale laterale legit, quo facto, foveam temporalem nacta, ibidemque canalem caroticum ingressa, postquam duas curvaturas, *horizontalem* nempe et *verticalem* hoc in canale, uti necesse erat, complevit, in cranii cavum penetrat, et sellae turcicae in latere sursum et antrorum curvata, *tertium curvaturam* intra cranii cavum efficit; unde supra basin ejusdem tres circiter per lineas antrorum versus advecta, cum *arteria communicante posteriori* annem suum corrivat, ex quacum ambarum compito *arteria communicans anterior*<sup>1)</sup> formatur.

*Carotis interna* praeterea, quam, prima curvatura peracta, in secundam abitura est, ramum quemdam, quem solum toto in ejus itinere inveni, emittit:

*Arteriam infraorbitalem*<sup>2)</sup> inquam. Haec antrorum et extrororum procedit, atque musculis masticatoriis propinquis ramos quosdam impertita, in cavum inde orbitale, per posteriorem ejusdem partem ingreditur, cujus in fundo potissimum et in aliquibus oculi musculis diradiatur<sup>3)</sup>.

Continuationem carotidis internae sistit:

*Arteria communicans anterior*<sup>4)5)</sup>. Haec, quam a ramo terminali *arteriae basilis* i. e. a *communicante posteriori* et a *carotide interna* inter se invicem convectis compositam vidiimus, in externo thalami optici latere usque ad nervi ejusdem originem progreditur, ibidemque cum *arteria ophthalmica* (ex *carotide externa*) confluit<sup>6)</sup>.

---

3. cum modo in canale carotico, modo in cranii cavo curvaturis quibusdam sinuetur, 4. cum dictum cavum, sursum et antrorum deflectens, intret, 5. cum eodem in cavo cum *arteria communicante posteriori*, quae ex *basilari* oriunda *arteriae profunda cerebri* hominis analoga est, confluat, 6. cum hemisphaeria denique cerebralia potissimum adeat. Unicum hanc inter et illam hominis arteriam discrimen in eo est, quod prior nullam dimittat *arteriam ophthalmicam*.

<sup>3)</sup> Talis decursus conditio, hanc arteriam *infraorbitalem* denominare, me commovit.

<sup>5)</sup> Hanc arteriam, quae *ophthalmicae* ope, *carotidem externam* inter et *carotidem internam* una cum *myelica*, in parte anteriori basis cranii anastomosum efficit, nunc *communicantem posteriori oppositam*, tali nomine compellavi.

<sup>6)</sup> *Arteria ophthalmica pro communicantis anterioris* continuatione aestimari non potest, quoniam illa, quo magis a sua ex *carotide externa* origine removetur, eo plus voluminis deperdit; eni accedit, ramos *arteriae communicantis anterioris* antrorum versus, ideoque ipsam *communicantem anteriorem* quoque antrorum versus decurrere, id est via *arteriae ophthalmicae* omnino opposita.

---

<sup>1)</sup> Fig. VI. 13. Fig. VII. 11. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 12. Fig. VII. 9. 9. — <sup>4)</sup> Fig. VI. 13. Fig. VII. 11.

Eiusdem ramorum qui thalamum opticum et hemisphaerium cerebrale adeunt, praecipui sunt:

1. *Arteria cerebralis posterior*<sup>1)</sup> thalamo optico tributaria.
2. *Arteria cerebralis media seu fossae Sylvii*<sup>2)</sup>, quae in ejusdem nominis fossa se abdit.
3. *Arteria cerebralis anterior*<sup>3)</sup> hemisphaerio cerebrali et nervo olfactorio addita.
4. *Arteria chiasmatis*<sup>4)</sup>, gracillima arteriola, quae sub procedente orta, chiasmatis nervorum opticorum in superficie inferiori usque ad ejus lineam medium proreptat, donec ibidem cum synonyma alterius lateris confluit, unicunque vasculum format, quod prope nervorum opticorum secundum ex chiasmate in ipso paullo post absconditur.

### §. 10. *Carotis externa*<sup>5)</sup>.

*Carotis externa*<sup>6)</sup>, omnibus capitis organis, encephalo tantum excepto, arterias largitur, quarum principes *maxillarem internam*, *ophthalmicam* et *alveolarem superiorem* sistunt<sup>7)</sup>.

Pone articulationem maxillae inferioris, uti fatus sum, nata, osse quadrato consenso, in latere interno ossis zygomatici et super musculo masticatorio usque ad cavum orbitale antrorum decurrit, pone enjus parietem posteriorem denique in *arteriam ophthalmicam*, et in *alveolarem superiorem* dispescitur.

*E carotide externa* originem ducent:

- I. *Arteria maxillaris interna*<sup>8)</sup><sup>9)</sup>.

<sup>5)</sup> *Carotis externa* adhucdum pone os quadratum decurrens, in ramum inferiorem, *arteriam maxillarem internam* scilicet, et in ramum superiorem discedit, quem *carotidis externae* continuationem constituere opinor, quoniam complexus arteriarum e ramo superiori, summam illarum e ramo inferiori bis circiter supereret, ramus praeterea superior fere liber et nullos ramos memoratu dignos emittens, sat longe decurrat, ramus inferior contra statim in organis, quae petit, se abdat, et statim sat magna dimittat vasa, ramus denique inferior *arteriae maxillari internae* hominis omni procul dubio conformis sit.

<sup>6)</sup> Si ab hac arteria post *carotidis internae* secundum, *carotidis communis* continuationem constitui, dictumque praeterea officium expleri perpendimus, eandem *carotidi externae* hominis analogam esse sequitur: hoc solo discriminé interjecto, quod, ut supra commemoratum fuit, istius reptilis *carotis externa arteriam ophthalmicam* suppeditat, unde illius voluminis relative longe majoris ratio patet.

<sup>7)</sup> Hanc arteriam *maxillari internae* hominis apprime esse conformem, ex sequentibus patet argumentis: 1. quia *carotidis externae* maximum ramum constituit, adeo insignem, quod vel illius ipsam continuationem magnitudine supereret, 2. quia pone articulationem maxillae inferioris oritur, a qua praeterea obtegitur, 3. quia pone maxillam inferiorem ipsam simulque ejusdem ab angulo.

<sup>8)</sup> Fig. VI. 14. Fig. VII. 12. 12. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 15. Fig. VII. 13. 13. — <sup>3)</sup> Fig. VI. 17. Fig. VII. 15. 15. — <sup>4)</sup> Fig. VI. 16. Fig. VII. 14. 14. — <sup>6)</sup> Fig. VI. 18. 18. 18. — <sup>8)</sup> Fig. VI. 19. 19. 19.

Haec organo auditus, musculis masticatoriis, dentibus maxillae inferioris, ori, pharyngi, et linguae denique quibusdam musculis arterias largitur.

E primo *carotidis externae* decursu orta, postquam ad latus internum ossis quadrati delapsa est, museulum sic dictum temporalem penetrat, in ipsoque usque ad foramen dentale posterius tortuosa descendit; per quod canalem alveolarem inferiorem ingressa, breve post iter in interna maxillae inferioris parte ejusdemque prope angulum egreditur, orisque basim nacta, usque ad maxillae inferioris apicem, ubi cum eadem alterius lateris arteria coit, procedit.

Hujus arteriae, quo luculentius omnium ramorum complexum delineem, totum in tria stadia dividam iter, A. in illud ab ejus origine usque ad foramen dentale posterius, in quo *arteria maxillaris interna stricte sic dicta* audit, B. in illud in canali alveolari inferiori, ubi *arteria alveolaris inferior* dicitur, C. in illud denique ab ejus egressu ex canale alveolari inferiori usque ad finem, pone maxillae inferioris apicem, ubi eam *arteriam busis oris* denomino.

A. Ex *arteria maxillari interna stricte sic dicta*, oriuntur:

1. *arteria acustica*<sup>1)</sup> quae pone os quadratum orta, se in auditus organo abdit.

2. *arteria auricularis inferior profunda*<sup>2)</sup> cuius, prope praecedentem ortae, officium nomine indicatur.

3. *arteriae temporales profundae*<sup>3)</sup>, quae tam numeri quam voluminis gratia conspicuae, in musculis masticatoriis dispenduntur (i. e. in musculis temporalibus **Cuvieri**, vel musculis temporali et massetere **Meckelii**, loc. cit.)

4. *arteria buccalis profunda*<sup>4)</sup>, quae ramulis quibusdam muscularibus dismissis, pone apophysim coronoideam procedit, seqne oris angulo profundo dispartitur.

B. Ex *arteria alveolari inferiori*:

5. *Ramuli dentales inferiores*, qui dentium maxillae inferioris radicibus insinuantur.

6. *Arteriae tubiales inferiores*<sup>5)</sup> quae numero quinque vel sex, e foraminibus in superficie externa ossis dentalis sitis, evadunt, atque in labio inferiori gingivaque disperguntur.

7. *Arteriae pharyngeae anteriores*<sup>6)</sup> quae per duo quaedam superficiei internae ossis maxillaris inferioris foramina exeuntes, in superiore pharyngis parte radiantur.

---

os versus directa, sat multifarium et flexuosum facit iter, 4. quia ejus rami plura intrant capititis cava (v. c. organon auditus, os, canalemque alveolarem inferiorem), 5. quia sola denique *arteria sublinguali* excepta, omnes reliquae quibus originem praebet, in homine quoque ab *arteria maxillari interna* oriuntur, quam ob rem sicut illa dimidia inferiori quoque, lateraliter profundae capititis parti vasa impertitur.

---

<sup>1)</sup> Fig. VI. 21. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 20. — <sup>3)</sup> Fig. VI. 22. 22. — <sup>4)</sup> Fig. VI. 23. — <sup>5)</sup> Fig. VI. 24. 24 — <sup>6)</sup> Fig. IV. 28.

C. Ex arteria basis oris <sup>1)</sup> denique, quae maxillaris internae ramum terminalis constituit, nomenque ex regione, ubi ipsa decurrit, adepta est:

8. Ramuli, qui ad pharyngem nec non ad musculi subcutanei colli insertionem commeant.

9. Arteria sublingualis <sup>2)</sup> quae, ad arteriam geniopharyngeam ramulo anastomotico <sup>3)</sup> dimisso, recurrit, seque in musculo hyoglosso i. e. in parte inferiori linguae abdit, in qua, ut primum cum ramulis arteriae raninae consociata sunt, penitus subdividitur.

10. Arteria geniopharyngea <sup>4)</sup> quae musculum mylo-pharyngo-hyoidenm (mylo-hyoideo hominis analogum) cui graeilem emitit arteriam mylo-hyoideam, trajicit, musculumque inde geniopharyngeum nacta, in eodem postquam ramulum anastomoticum arteriae sublingualis recepit, protinus disperditur <sup>5)</sup>.

11. Arteriae orales internae <sup>6)</sup>, quae numero novem ad decem e latere interno arteriae basis oris orinntur, atque cum illis alterius lateris convectae basim oris perforant, ejusdemque in membrana mucosa diradiantr.

12. Arteriae orales externae <sup>7)</sup> quae, praecedentium antagonistar, numeroque octo ad decem, maxillae inferioris marginem alveolarem petunt, atque capillares factae, usque ad mucosam oralem quoque, potissimum vero ad gingivam perveniunt.

II. Arteria auricularis profunda superior <sup>8)</sup>, quae ejusdem inferioris antagonista evadit, ramulosque nonnullos subcutaneos <sup>9)</sup> dimitit.

III. Rami musculares, qui graeillimi sunt et musculos, super quos carotis extera decurrit, petunt.

IV. Arteria supraorbitalis <sup>10) 11)</sup>.

Haec, pone partem anteriorem ossis zygomatici, angulo recto e carotide externa egressa, perque parietem lateralem membranosum cranii ejusdem in cavum intromissa, in eodem super encephali involucra prope fossam Sylvii ascendit, et canalem pri-vum durae matris intrat; quo occulta super hemisphaerium cerebrale nervumque olfactoriu m nsque ad os unguis progreditur; quo facto, ossis nasalis in latere membranaque quadam fibrosa obiecta e crano exit, et denique in ramos duos terminales i. e. in arteriam frontalem et in arteriam dorsalem nasi paullo post directa, finem habet.

Ex arteria supraorbitali oriuntur:

A. Ubi ipsa infra os unguis transitura est:

<sup>5)</sup> Geniopharyngeum, museum quedam levatorem et protractorem pharyngis, denomo, ejus insertioni anteriori eminentia maxillae pone mentum, posteriori vero fundus pharyngis inservit.

<sup>11)</sup> Hanc arteriam hominis supraorbitali analogam habeo, talique nomine ornavi, quum, t. supra parietem orbitae superioremaxima ex parte iter faciat, 2. quum ejus ramus princeps i. e. arteria lacrimatis organa quaedam orbitae in cavo sita, adeat, 3. quum arteriae in quas discedit, sola nasati laterali excepta in homine ab arteria ophthalmica, e qua inde supraorbitalis secedit, emit-tantur, 4. quum rami ejus denique terminales e crano infra marginem infraorbitalem evadant.

<sup>10)</sup> Fig. IV. 22. — <sup>2)</sup> Fig. IV. 23. — <sup>3)</sup> Fig. IV. 24. — <sup>4)</sup> Fig. IV. 25. 25. — <sup>6)</sup> Fig. IV. 27. — <sup>7)</sup> Fig. IV. 26. — <sup>8)</sup> Fig. VI. 25. <sup>9)</sup> Fig. IV. 11. — <sup>10)</sup> Fig. VI. 26. 26.

α) *Arteria lacrymalis* <sup>1)</sup>, quae continuationem trunci e quo derivatur, constituens, ramum dimitit, qui se in osse maxillari superiori recondit; ibidemque in duas subsequentes arteriolas αα) et ββ) discedit, quo facto, musculam rectum anteriorem oculi, potissimum vero glandulam lacrymalem adit.

αα) *Arteria zygomatica* <sup>2)</sup> quae os maxillare superius perforans, subcutanea fit <sup>3)</sup>.

ββ) *Arteria nasalis lateralis* <sup>4)</sup> quae per parietem narium lateralem excurrit.

B. Ejusdem post secessum e crano:

β) *Arteria frontalis* <sup>5)</sup> <sup>6)</sup>. Haec super medium maxillae superioris lineam deenrrit.

γ) *Arteria dorsalis nasi* <sup>7)</sup> quae narium super dorsum diradiatur.

V. *Arteria ophthalmica* <sup>8)</sup> quae, oculi bulbo consenso, nec non super eundem S romani ad instar flexa inde super nervum opticum usque ad ejus secessum e chiasmate protinus recurrit, ubi cum *arteria communicanti anteriori* coit.

*Arteriae ophthalmicae* rami sunt:

1. *Arteriae palpebrales* <sup>9)</sup>: *anterior*, *media* et *postiores*, pro palpebris et membrana nictitante destinatae.

2. *Arteriae musculares posteriores* <sup>10)</sup> pro musculis qui ad bulbi partem posteriorem inseruntur.

3. *Arteriae ciliares breves* <sup>11)</sup> quae duobus eum trunculis, inter se invicem transversim coëuntibus ortae, quatuor vel quinque vascula flexuose decurrentia et scleroticam paullo post perforantia, emittunt.

4. *Arteriae ciliares longae* <sup>12)</sup> quae numero duo ad anterius bulbi oculi segmentum indivisae pergunt, ibidemque scleroticam perforant.

5. *Arteria centralis retinae* <sup>13)</sup> gracillum et breve vasculum, quod in nervo optico haud longe ab ejusdem e chiasmate egressu se abdit.

6. *Arteriae musculares internae* <sup>14)</sup> denique, pro illis bulbi oculi musculis, qui ejusdem parti internae inseruntur.

VI. *Arteria alveolaris superior* <sup>15)</sup>. Haec, anteriorem cavi orbitae parietem sat anfractuosa petens, eundem inde deserit, et canalem alveolarem ossis maxillaris

<sup>3)</sup> Hanc arteriolam tali modo denominare audeo; namque notabilis analogia eandem inter et illum anastomolicum ramulum adest, qui in homine quoque ab *arteria lacrymali* emissus, per canalem zygomaticum faciale ad malam penetrat.

<sup>6)</sup> Hanc arteriam *frontali* hominis, tanquam consimilem pertracto, quoniam tunc demum postquam sicut illa per rimam quamdam in extremitate interna marginis supraorbitalis sitam exivit, externa et superficialis fit; regionemque praeterea anteriorem superiore capitis petit.

<sup>1)</sup> Fig. VI. 27. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 28. — <sup>4)</sup> Fig. VI. 29. — <sup>5)</sup> Fig. VI. 31. — <sup>7)</sup> Fig. VI.

<sup>30.</sup> — <sup>8)</sup> Fig. VI. 32. 32. Fig. VII. 16. 16. — <sup>9)</sup> Fig. VI. 33. 33. — <sup>10)</sup> Fig. VI. 34. —

<sup>11)</sup> Fig. VI. 35. — <sup>12)</sup> Fig. VI. 36. — <sup>13)</sup> Fig. VI. 37. — <sup>14)</sup> Fig. VI. 38. — <sup>15)</sup> Fig. VI. 39. 39.

superioris (super processum alveolare situm), in quo usque ad maxillae superioris apicem praegressa, cum synonyma alterius lateris confluit, ingreditur.

Ejus rami sunt:

a) *Arteria naso-palatina* <sup>1)</sup>, quae introrsum versa in narium fundo reconditur.

β) *Ramuli dentales superiores* <sup>2)</sup> numero quatuor vel quinque, qui processum alveolare pervadunt.

γ) *Arteriae tibiales superiores*, quae e privis foraminibus evadentes, per labium superius sparguntur.

## §. 11. Arteria subclavia.

*Arteria subclavia* <sup>3)</sup> inter ceteras *Psummosuiri* cum synonyma hominis arteria se apprime analogam exhibens, a bifurcatione *subclaviae communis* usque ad sui ipsius in axillam ingressum tali nomine gaudet, qua inde in regione *axillaris* audit.

E *subclavia* proficiscuntur:

α) *Ramus spinalis*, qui *arteriam myelicam* petit, reliquorum ejusdem nominis ad instar.

β) *Tres arteriae intercostales*.

γ) *Arteria vertebralis* <sup>4)</sup> quae, in profundo musculorum columnaeque vertebralis in latere posita, usque ad foramen intervertebrale, secundam inter et tertiam vertebram situm, tali ratione iter facit, ut septem quosdam arcus, quorum uniuscujuslibet concavitas mmam quoque vertebram intuetur, effingat.

A. E concavitate arecum oriuntur:

αα) *septem rami spinates* <sup>5)</sup>, qui per foramina intervertebralia, ejusdem nominis articulationibus nonnullis ibidem vasculis diuissis, canalem vertebralem ingrediuntur, ut in eo in *arteriam myelicam* influant.

B. E convexitate eorundem vero:

ββ) rami ad colli musculos pergentes <sup>6)</sup>, quorum aliqui et oesophagum nan-

ciscuntur.

## §. 12. Arteria axillaris.

*Arteria axillaris* <sup>7)</sup>, *subclaviae* continuatio, cavum subalare ingressa, ad brachii regionem internam anteriorem pergit, ubi, musculum coraco-brachiale inter et pectorale sita, *brachialis* nuncupatur.

Ex *arteria axillari* oriuntur:

A. *Rami superiores vel ascendentes*:

<sup>1)</sup> Fig. VI. 40. — <sup>2)</sup> Fig. VI. 41. 41. 41. — <sup>3)</sup> Fig. I. 24. 24. 25. 25. Fig. V. 1. Fig. VIII. 1. —

<sup>4)</sup> Fig. I. 26. 26. Fig. V. 2. VIII. 2. — <sup>5)</sup> Fig. V. 4. 4. etc. — <sup>6)</sup> Fig. V. 3. 3. etc. —

<sup>7)</sup> Fig. VIII. 3. 3

1. *Arteria scapularis* <sup>1)</sup>; haec scapulae articulationi musculoque subscapulari adsignatur, et in sequentes  $\alpha$ ) et  $\beta$ ) discedit.

$\alpha$ ) *Arteria subscapularis* <sup>2)</sup>, quae ejusdem nominis musculum adit.

$\beta$ ) *Arteria acromialis* <sup>3)</sup>, quae, ramum praecipuum constituens, scapulae articulationi musculisque eandem circumveuntibus, se immergit.

2. *Arteria circumflexa humeri posterior* <sup>4)</sup>, quae, simul cum *scapulari* orta, eodemque officio defungens, in profundis illius regionis musculis se abdit, unde ponere chirurgicum humeri collum progrediens, idem circuit, talique ratione in externa anteriori scapulae parte finem habet.

B. *Rami inferiores seu descendentes.*

3. *Arteria mammaria externa* <sup>5)</sup> <sup>6)</sup>. Haec thoracis in facie externa, ejusdemque inter musculos sita usque ad priores *arteriae mammariae internae* ramos parietibus thoracis destinatos, quibuscum consociatur <sup>7)</sup> postrōrum recurrit.

Ab eadem dimituntur:

$\alpha$ ) *Rami pectorales* <sup>8)</sup> ad musculos pectorales, nec non

$\beta$ ) *Rami thoracici* <sup>9)</sup> ad thoracis tegumentum muscularare, qui a *mammaria externa* sub toto ejusdem decursu, originem ducent.

## §. 13. Arteria brachialis.

*Arteria brachialis* <sup>10)</sup>, musculum coraco-brachiale inter et pectorale, uti commemoravi, orta, in sulco bicipitali interno musculum brachiale internum inter et ventrem musculi bicipitis internum usque ad fossam cubitalem, in qua in *arteriam uluarem communem* et in *radialem* dispescitur, descendit.

Ex arteria brachiali, ne de parvulis nonnullis ramis muscularibus dicam, originem ducent:

1. *Arteria circumflexa humeri anterior* <sup>11)</sup>. Haec, subter musculi bicipitis caput internum sursum directa, anteriem humeri colli chirurgici faciem cirenit, ejusdemque postea ad latus internum terminatur; quo in decursu emittit:

$\alpha$ ) ramos illis *arteriae circumflexae posterioris* analogos, et

$\beta$ ) *arteriam collateralem radialem accessorium* <sup>12)</sup> quae, in sulco bicipitali externo decurrens, ad *rete articulare cubiti* tendit.

<sup>6)</sup> Hanc arteriam, quae, hominis *thoracicae longae* ceteroquin conformis, dum *arteria mammaria interna* in interna thoracis facie sui decursus in principio saltem, percurrit, in externa ejusdem facie delabitur, altera alteri ergo quoad iter opposita est, antitheseos gratia *mammariam externam* denomino.

<sup>11)</sup> Fig. VIII. 4. — <sup>2)</sup> Fig. VIII. 5. — <sup>3)</sup> Fig. VIII. 6. — <sup>4)</sup> Fig. VIII. 7. — <sup>5)</sup> Fig. VIII. 8. 8.

— <sup>7)</sup> Fig. I. 16. Fig. VIII. 11. — <sup>8)</sup> Fig. VIII. 9. 9. 9. — <sup>9)</sup> Fig. VIII. 10. 10. etc. —

<sup>10)</sup> Fig. VIII. 12. — <sup>11)</sup> Fig. VIII. 13. — <sup>12)</sup> Fig. VIII. 14. Fig. IX. 2.

2. *Arteria profunda brachii*<sup>1)</sup>, quae, musculo brachiali interno superimposita, usque ad fossam cubiti descendit, ubi *arteriae collateralis mediae* sub nomine, in *rete articulare cubiti* inseritur<sup>2)</sup>.

*Ex arteria profunda brachii* discedunt:

α) rami musculares sat crassi;

β) *arteria collateralis radialis*<sup>3)</sup>, quae, internum bicipitis ventrem trahens, humeri externum concendit condylum, ubi, cum *recurrente radiali* consociata, in *rete articulare cubiti* absumitur.

3. *Arteria collateralis ulnaris*<sup>4)</sup>, quae musculo pectorali subtus insinuatur, atque musculis propinquis ramulos quosdam tribuens, humeri condylum internum nanciscitur, ubi *retis articularis cubiti* particeps evadit.

4. Ex ilis denique quidam ramulus ad *rete articulare cubiti* proficiscens.

## §. 14. Arteria ulnaris communis.

*Arteria ulnaris communis*<sup>5)</sup>, quae muscularum in facie anteriori antibrachii sitorum nutritioni praeest, humeri super condylum externum e duobus per brevibus truncis consistit, qui, una simul orti, muscularis adjacentibus statim insinnantur, posteaque sex arterias principales, in interna profunda antibrachii facie decurrentes, pariunt.

*Arteriae ulnaris rami sunt:*

1. *Arteria recurrentis ulnaris*<sup>6)</sup>, haec unicum vasculum constituit, quod ex brevissimo *arteriae ulnaris* trunco oritur, atque cum *arteria collaterali radiali* conciliatum, in *rete articulare cubiti* abit.

2. *Arteria ulnaris stricte sic dicta*<sup>7)</sup><sup>8)</sup>, quae musculum radiale internum inter et radiale internum accessorium, quibus ramos largitur, usque ad carpi latus radiale descendit, et cornu demuscularum inter tendines denique *arteria digitalis volaris pollicis radialis* evadit.

3. *Arteria ulnaris accessorius*<sup>9)</sup> quae ceteris gracilior et praecedentis extero in latere sita, iisdem, ac illa, muscularis destinatur.

4. *Arteria flexoris superficialis*<sup>10)</sup>, quae ejusdem nominis musculo destinata est, ulteriusque continuata in carpi facie volari exilem *arcum volarem subcutaneum carpi*<sup>11)</sup> constituit.

---

<sup>2)</sup> Hanc arteriam ejusdem nominis humanae conformem puto, quam, sat profunde sita, non modo maximum *arteriae brachialis* ramorum constitutum, sed et fere omnes *arterias collaterales* dimittat.

<sup>9)</sup> Hunc ramum, quam *arteriae ulnaris* princeps propago sit, tali nomine compello.

---

<sup>1)</sup> Fig. VIII. 15. — <sup>3)</sup> Fig. VIII. 16. 16. — <sup>4)</sup> Fig. VIII. 17. 17. — <sup>5)</sup> Fig. VIII. 18. —

<sup>6)</sup> Fig. VIII. 19. — <sup>7)</sup> Fig. VIII. 20. — <sup>9)</sup> Fig. VIII. 21. — <sup>10)</sup> Fig. VIII. 22. —

<sup>11)</sup> Fig. VIII. 27.

5. *Arteria flexoris profundi*<sup>1)</sup> cuius officium etiam ex nomine patet.

6. *Arteria ulnaris profunda*<sup>2)</sup>, quae ceteris profundior, et sub musculo cubitali, eni vasa largitur, abdita, ad carpi latus ulnare usque proficiscitur, ubi *arteriam volarem ulnarem digiti minimi* constituit.

7. *Arteria ulnaris superficialis*<sup>3)</sup> denique, quae ulnare antibrachii marginem usque ad idem carpi latus subcutanea legens, illico *arteriam dorsalem ulnarem digiti minimi* efficit.

## §. 15. Arteria radialis.

*Arteria radialis*<sup>4)</sup>, quae, uti *arteriae brachialis* continuatio, suos ramos muscularis antibrachii posterioribus et manui largitur, communem musculi bicipitis tendinem trajicit, atque, radii ad latus internum et usque ad ejus tertiam partem superiore descendens, ejusdem ossis diaphysim circenit, regionemque antibrachii posteriorem profundam adsequitur; in qua, musculo cubitali atque extensore digitorum obiecta, radius inter et ulnam, super musculum pronatorem quadratum et inde subter supinatorem inferiorem iter facit, donec metacarpi dorsum nacta, in qualuor *arterias digitales communes* discedit.

Ex *arteria radiali* oriuntur:

A. In facie anteriori antibrachii:

1. *Arteria recurrens radialis*<sup>5)</sup> quae, externum humeri condylum versus, ubi cum *arteriis collateribus radialibus* et in *rete articulare cubiti* confluit, recurrit.

B. In posteriori antibrachii facie:

magnus ramuscularum muscularium numerus, quos, cum eorum complexus *arteriae interosseae antibrachii externae* hominis aequiparandus sit, *arterias interosseas* denomino; quarum praecipuae sunt:

2. *Art. recurrens interossea*<sup>6)</sup> quae in externa et profunda cubiti facie ad *rete articulare cubiti* recurrit.

3. et 4. *arteriae interosseae majores, superior*<sup>7)</sup> et *inferior*<sup>8)</sup>, quarum prior in media, secunda vero in inferiore illius regionis parte decurrit<sup>9)</sup>.

C. In manu:

5. rami ad *rete carpi dorsale*.

---

<sup>1)</sup> Spatium interosseum quoad longitudinem ita in tria curricula dividi potest, ut primum vel superius ab arteria Nr. 2, secundum vel medium ab arteria Nr. 3, tertium vel inferius denique ab arteria Nr. 4, vasa recipiat.

---

<sup>2)</sup> Fig. VIII. 23. — <sup>3)</sup> Fig. VIII. 24. — <sup>4)</sup> Fig. IX. 3. — <sup>5)</sup> Fig. VIII. 25. 25. Fig. IX. 4. —

<sup>6)</sup> Fig. VIII. 26. — <sup>7)</sup> Fig. IX. 5. — <sup>8)</sup> Fig. IX. 6. — <sup>9)</sup> Fig. IX. 7.

6. *Arteriae digitales communes*<sup>1)</sup>: *prima* nempe, *secunda*, *tertia* et *quarta*<sup>2)</sup>. Hae arteriae, interosseo unaquaque interstitio recondita, manus in dorso brevi itinere peracto, ad ejusdem volam penetrant; cujus in regione profunda, inter duorum digitorum originem, in duas *arterias digitales volares*<sup>3)</sup> bifurcatur, quae uti in homine, usque ad digitorum ipsorum apicem decurrunt. E nuper autem commemoratis bifurcationis locis quatuor *arteriae perforantes*<sup>4)</sup> secedunt, quarum quaevis inter quaslibet duo articulationes metacarpo-phalangeas, quibus nonnullos concedunt ramos, insinuatae, privam duorum originem dorsalem nanciscuntur, illicique in duas *arterias digitales dorsales*<sup>5)</sup> discedunt, quae, illarum dorsi humani ad instar, longe gracilliores sunt quam *volares*, sed pariter sicuti humanae usque ad apicem digitorum isto in reptili pervenient.

Quilibet digitus denique duabus *arteriis digitalibus volariibus*, totidemque *dorsaliibus* gaudet, quarum omnium ecce originem:

a) *Arteriae digitales dorsales*:

pollicis	{	radialis — ex <i>digitali volari radiali</i>
		ulnaris — ex <i>perforanti prima</i>
indicis	{	radialis — "
		ulnaris — " secunda
digiti	{	radialis — "
medii	{	ulnaris — " tertia
digiti	{	radialis — "
annularis	{	ulnaris — " quarta
digiti	{	radialis — "
minimi	{	ulnaris — ex <i>arteria ulnari superficiali</i> .

b) *Arteriae digitales volares*:

pollicis	{	radialis — ex <i>arteria ulnari stricte sic dicta</i> .
		ulnaris — ex <i>arteria digitali communi prima</i> .
indicis	{	radialis — "
		ulnaris — " " " secunda
digiti	{	radialis — "
medii	{	ulnaris — " " " tertia
digiti	{	radialis — "
annularis	{	ulnaris — " " " quarta
digiti	{	radialis — "
minimi	{	ulnaris — ex <i>arteria ulnari profunda</i> .

<sup>2)</sup> Etiamsi hominis *interossei* conformes sint, eodem tamen nomine eas compellare displacevit, quippe quae in decursu metacarpeo gracillimos tantum dimittant ramulos.

<sup>1)</sup> Fig. VIII. 28. 28. Fig. IX. 8. 8. 8. — <sup>3)</sup> Fig. VIII. 29. 29. etc. — <sup>4)</sup> Fig. VIII. 30. 30. etc. Fig. IX. 9. 9. etc. — <sup>5)</sup> Fig. IX. 10. 10.

Quod arteriarum digitalium decursum attinet, notandum videtur, *arterius digitales rotares* saepissime inter se invicem conjungi, quod etsi aliquantulum rarius, tamen et cum *dorsalibus* fit.

#### *Rete articulare cubiti.*

*Rete articulare cubiti* sequentes componunt arteriae: 1. *collateralis radialis accessoria*, 2. *collateralis radialis*, 3. *collateralis ulnaris*, 4. *vascula e brachiali* in fossa cubiti posita, 5. *collateralis media*, 6. *recurrens radialis*, 7. *recurrens interossea*, 8. *recurrens ulnaris*.

### §. 16. Aorta thoracica descendens.

*Aorta thoracica descendens*, quae, uti *aortae dextrae* continuatio, post *arteriae subclaviae communis* recessum, originem dicit, atque ab *aortae dextrae* (sui ipsius ope) et *sinistrae* anastomosi mutua postrorsum limitatur, columnam vertebralem inter et cor ejusque vasa majora sita est; hocque suo in itinere tantummodo quinque *arterias intercostales*<sup>1)</sup> utroque in latere emittit, quarum quaevis in *ramum intercostalem* (ad parietem thoracicam), et in *ramum spinalem* discedit.

### §. 17. Aorta abdominalis.

*Aorta abdominalis*<sup>2)</sup> *aortae thoracicæ*, et *aortae visceralis* in compito orta, columnæ vertebralis in latere sinistro ad primam vertebram sacralem usque decurrit, ibique duabus *arteriis iliaca*, *dextra* et *sinistra* scilicet, abire jussis, *aorta sacralis* audit. Hoc in decursu unicam arteriam *imparem seu coeliacam* ad illa digestionis organa mittit, quibus ab *aorta viscerali* nulli rami tribuantur, et dein plures pares ad sistema urogenitale, ad parietes abdominales, et ad extremitates deinde inferiores. — Hi rami sunt:

1. *Arteria intercostalis*<sup>3)</sup> utroque in latere.

2. *Arteria coeliaca*<sup>4)</sup>. Haec, ventriculo, duodeno, lieni, pancreati nec non jecinori adsignata, sexque circiter lineas inde ab *aortae abdominalis* origine nata, eandem inter et lienem S romani ad instar bis reflectitur, quo facto, illius visceris extremitatem anteriorem naeta, ejusdem ad latus externum usque ad pylorum fere recurrit, ubi in *arteriam hepaticam* et in *arteriam coronarium ventriculi* dividitur.

*Arteriae coeliaceae* rami praecipui sunt:

a) *Ramus lienalis anterior*<sup>5)</sup> qui lienis extremitatem anteriorem intrat.

b) *Vas breve primum*<sup>6)</sup> quod lieni ramulum quemdam impertitur, et magnam ventriculi curvaturam petit.

<sup>1)</sup> Fig. I. 28. 28. etc. — <sup>2)</sup> Fig. I. 27. 27. 27. — <sup>3)</sup> Fig. I. 28. 28. etc. — <sup>4)</sup> Fig. I. 29. 29.

— <sup>5)</sup> Fig. I. 30. — <sup>6)</sup> Fig. I. 31.

- c) *Ramus lienalis posterior*<sup>1)</sup>.  
d) *Vas brere secundum*<sup>2)</sup> ramo praedicto b) analogum.  
e) *Arteria hepatica*<sup>3)</sup> quae, simul cum *coronaria ventriculi arteriae coeliacae* continuationem constituens, duabus circiter lineis post, in *ramum ascendentem* et in *descendentem* dividitur.  
a) *Ramus ascendens seu arteria hepatica propria*<sup>4)</sup>, quae, pancreati duos ramulos largita, hepatis fossam transversam petit, et in ea fatiscit.  
b) *Ramus descendens seu arteria pylorico-pancreatica*<sup>5)</sup>, quae pyloro, duodeno et pancreati impenditur.  
f) *Arteria coronaria ventriculi*<sup>6)</sup>, quae ventriculi parvam curvaturam, de pyloro ad cardiam versus directa, legit, in eodemque viscere absumitur<sup>7)</sup>.  
3. Quinque adhuc *arteriae intercostales*<sup>8)</sup> utroque in latere.  
4. *Arteriae spermaticae internae*<sup>9)</sup>, quae in mare testiculum, in femina vero ovaria, nec non, aliquius gracilis rami ope, glandulas suprarenales intrant<sup>10)</sup>. In femina, numero quatuor in dextro, numero tres autem in sinistro latere, in plures

---

<sup>7)</sup> Si digestionis organa in tres partes, in anteriores seilicet, in medianam, et in posteriores dividuntur, priorem ex *arteria oesophagea*, medianam ex *arteria coeliaca*, posteriorem inde ex *arteria mesenterica communis* sanguinem recipere, colligimns. Cujus ratione habita, partem anteriores et posteriores ex *aorta sinistra* sanguine potius venoso, partem medianam vero, quae e nobilissimis visceribus i. e. e ventriculo, duodeno et hepate componitur, ex *aorta dextra* sanguine potius arterioso irrigari, liquet; — arterioso potius, inquam, quippe cum *aortae dextrae* cum *sinistra* anastomosis minime impedit, quominus *dextra* sanguine magis oxygenato quam *sinistra* praedita sit. Cui meae adassertioi suppeditas latus commemorabo, praedictae aortarum anastomoseos ope, pauxillum tantum sanguinis ex *aorta sinistra* in *dextram* ingredi posse, quoniam earumdem annes ex aequo fere ab invicem distantes decurrunt, ostiumque praeterea, per quod anastomosis fieri potest, valde angustum reperitur. — Egomet libenter mihi persuadeo, hujus sic dictae anastomoseos officium in eo esse, ut sanguinis eursum temperet potius, quam qualicunque perfecta mixtione confundat. — Praeterea, quum *aortae sinistrae* in *arteriam mesentericam communem* continuatio longissimum, i. e. a corde ad intestinum rectum usque faciat iter, atque nullibi fixo gaudeat puncto, imo vero mobilissimis intestinalis gyris tantum adligetur, hujusmodi anastomosis ideo provida natura jussit fieri, ut *arteria mesenterica communis*, ejus ope quadam veluti retinaculo tensa, sub vagantibus intestinalibus motibus, ab iisdem circumviecti nequeat, qua ratione organa illa laedi, et liberum sanguinis circulum intercipi, oportuisset. — Quapropter sic dictae aortarum anastomoseos officium triplex mihi esse videtur, *primum* inquam ut *arteriae mesentericae communis* retinaculo sit, *secundum* ut ejusdem arteriae sanguinis temperet eursum, *tertium* denique ut duarum aortarum sanguis minima quidem sed quadam tamen temperetur mixtione.

<sup>10)</sup> Tali nomine, auctoritate clarissimi Ecker innixus, glandulas quasdam, generationis organis adjacentes, compello; vide ejusdem auctoris: „Der feinere Bau der Nebennieren beim Menschen und den vier Wirbeltierklassen.“

---

<sup>1)</sup> Fig. I. 32. — <sup>2)</sup> Fig. I. 33. — <sup>3)</sup> Fig. I. 34. — <sup>4)</sup> Fig. I. 36. 36. — <sup>5)</sup> Fig. I. 35. — <sup>6)</sup> Fig. I. 37. 37. — <sup>7)</sup> Fig. I. 28. 28. etc. — <sup>8)</sup> Fig. I. 38. 38. etc.

ramos, quorum nonnulli inter se coëunt, omnes vero valde flexuosum ac plus minus longum post iter, glandulam adaeunnt suprarenalem, discedunt. In mare praeterea unam tantum arterium spermaticam inveni, quae cum secunda quadam, admodum gracili, consociata, si subdivisiones et mutuas inter se anastomoses, quae non tam frequentes sunt, exceperis, quoad decursus conditionem ab illis feminæ minime differt<sup>1).</sup>

Posteaquam igitur arteriae, de quibus sermo, glandulam suprarenalem nactae sunt, uno vel duobus ramulis exceptis, qui ad ovarium vel ad testiculum pergunt, ideoque rasa propria ovarii seu dydimi nuncupari mererentur, ipsius in parenchyma penetrant; quo facto, e glandulae margine, illi, per quem ingressae sunt, opposito, egredimur, ac in propinquum testiculum seu ovarium transeunt.

Eaedem arteriae, dum intra glandulae suprarenalis parenchyma delitescant, multis anfractibus, qui penitiori ipsius fabricae i. e. tubulis sic dictis glandularibus (Drüsenschlänge Eckeri) contigui sunt, sinnantur, eidemque graciles nonnullos ramulos nutrientes concedunt; quo facto, paucæ earundem subdivisæ, pleraque vero indivisæ, toto fere e parenchymate, uti supra commemoratum fuit, effugint.

5. *Quatuor adhuc arteriae intercostales* <sup>2)</sup> utroque in latere.

6. *Arteriae renales seu emulgentes* <sup>3)</sup> quae, renis hilum nactae, in eodem in ramum superiorem, et in ramum inferiorem discedunt, quorum prior se in superiore renis parte abdit, secundus vero, totum dum legit hilum, ibidem subdividitur, ramulumque quendam gracillimum inter peritonaei paginas decurrentem, ad tubam ovarii mittit.

## §. 18. Arteria iliaca interna seu hypogastrica <sup>4)</sup>.

*Arteria iliaca interna* <sup>5)</sup> quae corporibus adiposis (luteis), regioni lumbali, parietibus pelviciis, et ex parte abdominalibus quoque, cotyles praeterea articulationi, et musculis denique parietem pelvicum externum, nec non anteriorem externam femoris partem obducentibus, adsignata est, sub ultima vertebra dorsali orta, atque

<sup>1)</sup> Harum arteriarum iter, sat longum nec non in abdominis cavo libere factum, efficit, ut de earundem cum illis hominis analogia haud ambigi possit.

<sup>2)</sup> Hanc, arteriae iliacae internæ hominis conformem habeo, quum 1<sup>o</sup> rami quos praebet, arteria circumflexa femoris externa, et arteria epigastrica tantum exceptis, illis ex iliaca interna hominis ortis, corresponsant; vel potius arteria epigastrica sola excepta, quoniam prior i. e. circumflexa femoris externa, quoad originem arteriae gluteae superiori hominis analoga evadit; 2<sup>o</sup> quum rami, in quos discedit, cavum abdominalis non deserant, supradicta arteria circumflexa femoris externa excepta, quae hominis gluteae analoga, et pariter ac illa ex iliaca interna oriunda, pari quoque se habet ratione; 3<sup>o</sup> quum denique in cavo abdominali remanens, consequentis iliacac externae, quae extorsum proficiscitur, antithesim exhibeat.

<sup>2)</sup> Fig. I. 28. 28. etc. — <sup>3)</sup> Fig. I. 39. 39. — <sup>5)</sup> Fig. I. 40. 40. Fig. X. 3. 3.

in regione inde lumbali sex circiter per lineas extorsum progressa, in *ramum anterius et posterius* bifurcationem, in *ramum anterius et posterius* bifurcatur<sup>1)</sup>.

*Iliaca interna* ante suam bifurcationem, emittit:

1º. *Ramum spinalem*<sup>2)</sup>, qui *arteriarum lumbalium hominis ramo posteriori*, nec non

2º. *Arterias lumbales*<sup>3)</sup>, quae earumdem *ramo anteriori* correspondent, atque a ramulis admodum numerosis, et in regione lumbali hinc inde emicantibus, constituantur.

A. *Ramus anterior arteriae iliaca internae*<sup>4)</sup>. Hic, ad corporis lutei basim pergit, parietique abdominali ramulum quemdam impartitus, in duas sequentes arterias dispescitur:

a) *Arteriam ileolumbatem*<sup>5)</sup> nempe, quae, superiorem ossis ilei marginem nata, regionis lumbalis, et lateralis externi pelvis parietis musculis dispenditur<sup>6)</sup>.

b) *Arteriam epigastrican*<sup>7)</sup><sup>8)</sup> quae, corpus luteum inter et parietem abdominalis progrediens, brevi post in *arteriam mammariam internam* inosculatur.

Ejusdem rami sunt:

a) *Rami lutei*<sup>9)</sup> pro corpore luteo.

β) *Rami ad parietem abdominalis*<sup>10)</sup>.

B. *Ramus posterior arteriae iliaca internae*<sup>11)</sup> qui ad fundum acetabuli pergens, in duas dispescitur arterias: a) et b).

a) *Arteria obturatoria*<sup>12)</sup><sup>13)</sup> quae, laterali interno pelveos parieti adjacens, usque ad interstitium intersymphyseum, cuius in intervallo se in musculis illico sitis abdit, procedit.

Ex *Arteria obturatoria*:

a) *Rami musculares*, eavi pelveos musculis destinati.

β) *Arteria perforans acetabuli*<sup>14)</sup>. Haec, cuius tam decursus ratio quam officium jamdum ex nomine palam redditur, per foramen quoddam, a quo cotoyloidea

<sup>1)</sup> Regionem lumbalem autem, parietis abdominalis partem unius vertebrae lumbalis, quam *Psammosaurus griseus* possidet, in latere sitam, denominio.

<sup>2)</sup> *Arteriae ileolumbalis hominis* igitur plane analoga evadit.

<sup>3)</sup> Quoniam haec arteria, parieti abdominali ramos suos largita, *arteriam mammariam internam* inter et pelvis arterias anastomosis efficiat, *arteriae epigastricae inferiori hominis* sane conformis est.

<sup>13)</sup> Hanc arteriam veluti *obturatoriae hominis* analogam pertraeto, 1º. quia in musculis diradiatur, qui intervallum, osse ilei, ischii et pubis circumscriptum, et de jure foramini obturatorio analogum, expletum, 2º. quia terminales *obturatoriae dextrae rami*, uti de *ramis anastomoticis pubicis arteriae obturatoriae hominis* pariter fere sit, iisdem *obturatoriae sinistram* in interstitio intersymphyseo obviam ocurrunt.

<sup>2)</sup> Fig. X. 4. 4. — <sup>3)</sup> Fig. X. 5. 5. etc. — <sup>4)</sup> Fig. I. 41. 41. Fig. X. 6. 6. — <sup>5)</sup> Fig. I. 42. 42.

Fig. X. 7. 7. — <sup>7)</sup> Fig. I. 43. 43. Fig. X. 8. — <sup>9)</sup> Fig. I. 44. 44. etc. — <sup>10)</sup> Fig. I. 45.

45. 45. — <sup>11)</sup> Fig. I. 46. 46. Fig. X. 9. 9. — <sup>12)</sup> Fig. I. 47. 47. Fig. X. 10. 10. —

<sup>14)</sup> Fig. X. 11. 11. 11. Fig. XI. 2.

ossis pubis pars perterebratur, pelvis e cavo egressa et extrorsum inde directa, cotyles articulationem ejusque parietem internum inferiorem permeat; quo in decursu emittit:

αα) intra pelvum: *ramulos nutrientes ossis pubis.*

ββ) extra pelvum: *ramos musculares ad musculos, quibus obtegitur.*

γγ) *arterias nutrientes, ossi innouinato proprias.*

b) *Arteriam circumflexam femoris externam seu anteriorem<sup>1)</sup><sup>2)</sup>,* quae, *rami posterioris iliaceae internae* continuationem constituebat, externam superiorem fundi acetabuli partem conseruit, ac inde, infra anteriorem ossis ilei spinam advecta, pelvoe e cavo ejusdem per aperturam anteriorem effugit: quo facto ut primum pone caput femoris ejus ad latus exterum delata est, antrorsum versus directa ossique contigua, collum ejusdem usque ad internum articulationis cotyles latus ambit, illaque in regione se partim musculis, ibidem sitis, dispedit, partim ramos suos terminales illis *arteriae circumflexae femoris internae* obviam mittit. Hoc sub decursu ex illa oriuntur:

α) *Rami musculares ascendentes et descendentes*, qui magno numero inter iuveniles abductores et extensores potissimum, et inter omnes in genere, anteriorem femoris partem obducentes, direptant.

β) *Vasculum* aliquod cotyles articulationi ossique femoris destinatum.

### §. 19. Arteria iliaca externa<sup>3)</sup>.

*Arteria iliaca externa<sup>4)</sup>,* aliquibus generationis organis, recto intestino, musculari pelvoe tegumento, nec non, sua continuationis causa *femoralis* sub nomine, extremitati posteriori addicta, quatuor circiter lineas inde ab *arteriae iliaceae internae* secessu sub vertebram lumbalem oritur, atque ad ossis ilei cum vertebra sacrali posteriori articulationem (sacro-iliacam?) excurrens, inferius e pelvoe cavo ejusdem per aperturam posteriorem egreditur, quo facto, ad posteriorem capitis femoris partem denique advecta, *arteria femoralis* nuncupatur.

Nuper dicto sub decursu, in quo nervum magnum ischiadicum sibi comitem adsciscit, oriuntur:

1. *Ramus spinalis*<sup>5)</sup>.

<sup>2)</sup> Haec arteria, quum externum capitis superioris femoris latus amplectatur, ejusdem nominis arteriae in homine analoga esse videtur, in eo solum ab illa dissimilis, quod non postrorsum, ut in homine, sed antrorsum versus directa iter faciat. Ejus decursus autem in principio, ubi externo pelvis lateri adjacet, illum *arteriae gluteae* hominis imitatur.

<sup>3)</sup> Sola *arteria haemorrhoidali inferiori* excepta, omnes hujuscem arteriae rami illis ex *iliaca externa* hominis ortis, analogi sunt.

<sup>4)</sup> Fig. I. 48. 48. Fig. X. 14. 14. Fig. XI. 4. 4. 4. Fig. XII. 2.. — <sup>5)</sup> Fig. I. 49, 49. etc. Fig. X. 15. 15. 15. — <sup>6)</sup> Fig. X. 16. 16.

2. *Arteriae sacrales laterales* <sup>1)</sup> quas, parvuli rami, in musculari pariete sacrali interno hinc inde emicantes constituant.

3. *Arteria spermatica externa anterior dextra* <sup>2)</sup>, quae, ramulum quemdam muscularum paullo inde a sui ipsius ortu impartita, posteriorem cloacae partem, nec non finem dextrae ovarii tubae petit.

4. *Ramuli musculares nonnulli.*

5. *Ramus pudendo-muscularis* <sup>3)</sup>. Hic ramus, cuius decursus ratio e nomine jam liquet, et qui ab *iliaca externa*, e pelvi egressura, emititur, brevi post in sequentes arterias a) et b) discedit:

a) *Arteriam pudendam communem seu internam* <sup>4)</sup>. Haec, inferiori intestini recti parti nec non podieis regioni adsignata, quum medium corporis lineam petit, tendinem quemdam, qui aliquorum caudae muscularum ad pelvum insertioni inservit, ansae ad instar amplectitur, quo facto, in duos consequentes ramos α) et β) discedit <sup>5)</sup>.

α) *Arteria haemorrhoidalis posterior* <sup>6)</sup>, quae, ad intestinum rectum pergit, ejusdemque in tertia parte posteriore sese perdit.

β) *Arteria pudenda externa* <sup>7)</sup> quae totam podieis regionem, nec non glandulas anales, vasis instruit.

b) *Ramum muscularem* <sup>8)</sup>, qui posteriorem rami descendantis ossis ischii partem petit, ubi, ramulos musculares nonnullos largitus, in duos quoque ramos α) et β) dispescitur:

α) *Arteriam circumflexam ischii* <sup>9)</sup>, quae ad symphysim ischiaticam sursum se fleetit, et ejusdem super faciem externam lateralem usque ad interstitium intersymphysenum decurrit, ubi in musculis ibidem sitis diradiatur.

β) *Arteriam circumflexum femoris internam seu posteriorem* <sup>10)</sup> <sup>11)</sup>. Rami, in quos haec arteria mox discedit, de posteriore articationis cotyles parte, ad internam et posteriorem femoris insinuantur, cuius regionis in musculis, potissimum vero in abductoribus dispenditur.

6. Parvuli denique *ramuli musculares* et *articulares*.

## §. 20. Arteria femoralis seu cruralis.

*Arteria femoralis* <sup>12)</sup>, musculis flexoribus femoris obiecta, quibus et articulationi genu potissimum adsignatur. de posteriore capitilis femoris parte usque ad fosam popliteam decurrit, ibidemque *arteria poplitea* nunenpatur.

<sup>5)</sup> Ansa nuper descripta, *arteriae pudenda communis* hominis relationem ad ligamentum spinoso-sacrum nobis revocat, unde luculenta hanc *Psammosauri* arteriam inter et illam hominis analogia patebit.

<sup>11)</sup> Hujusce *arteriae circumflexae* directio illi ejusdem in homine itidem opposita evadit.

<sup>13)</sup> Fig. X. 17. 17. 17. — <sup>2)</sup> Fig. I. 50. Fig. X. 18. — <sup>3)</sup> Fig. I. 51. 51. Fig. X. 19. 19. —

<sup>4)</sup> Fig. I. 53. 53. Fig. X. 20. 20. — <sup>6)</sup> Fig. I. 54. 54. Fig. X. 21. 21. — <sup>7)</sup> Fig. I. 55. 55.

Fig. X. 22. 22. — <sup>8)</sup> Fig. I. 52. 52. Fig. X. 23. — <sup>9)</sup> Fig. X. 24. 24. — <sup>10)</sup> Fig. X. 25. 25.

Fig. XI. 3. — <sup>12)</sup> Fig. X. 26. Fig. XI. 5.

**Ex femorali orientur:**

1. *Rami musculares*, qui posterioribus femoris musculis in genere dispensantur, quorumque principes sunt:

a) *Arteria profunda femoris superior*<sup>1)</sup>, in parte femoris superiori.

b) *Arteria profunda femoris inferior*<sup>2)</sup> in media ejusdem parte.

c) *Ramus musculo-articularis superior*<sup>3)</sup>, qui ad externum genu latus delapsus, cum *rano-musculo-articulari inferiore* confluit; in sua autem origine emittit *arteriam suralem accessorium*<sup>4)</sup>, quae ad musculos gastrocnemios descendit.

2. *Arteria articularis genu superior communis*<sup>5)</sup>. Haec, super externum femoris condylum orta, ejusdem ossis inferiorem circuit extremitatem, donec ad latus internum genu relapsa, in ramos c) et d) discedit: quo sub decursu ramulis muscularibus nonnullis, et sequentibus arteriis articularibus originem praebet:

a) *Arteriae articulati genu superiori externae*<sup>6)</sup> quae prope femoris condylum externum serpit.

b) *Arteriae articulati genu mediae seu azygeae superiori*<sup>7)</sup>, quae in foveam intercondyloideam delapsa, posteriorem capsulae articularis parietem permeat.

(*Rami terminales* :)

c) *Arteriae articulati genu superiori internae*<sup>8)</sup>, quae super internum genu latus repit.

d) *Arteriae anastomoticae magnae genu superiori*<sup>9)</sup>, quae ad internum genu latus descendit, ibique cum *arteria anastomotica magna genu inferiori* convehitur.

## §. 21. Arteria poplitea.

*Arteria poplitea*<sup>10)</sup>, articulationi genu musculisque in duabus cruris superioribus partibus sitis tributaria, in fossa poplitea originem dicit, interque superiora duo ossium cruris capita paullo post ita insinuantur, ut ejusdem cruris ad partem anteriores atque subter externum tibiae condylum se exhibeat: quo facto tibiam inter et musculum extensorem communem digitorum, a quo ideo obducitur, sita, usque ad superiorem musculi pronatoris marginem, ubi in *arteriam tibiale anticum* et in *tibiale posticum* dispescitur, descendit<sup>11)</sup>.

*E poplitea proficiuntur:*

A. In fossa poplitea:

1. *Ramus muscularis*<sup>12)</sup> pro illius regionis musculis.

---

<sup>11)</sup> *Arteria poplitea*, postquam fossam ejusdem nominis deseruit, usque ad suam in *arteriam tibiale anticam* continuationem, *arteriae tibiali anticae* hominis plane est conformis.

---

<sup>12)</sup> Fig. XI. 6. — <sup>2)</sup> Fig. XI. 7. — <sup>3)</sup> Fig. XI. 8. Fig. XII. 3. — <sup>4)</sup> Fig. XI. 9. — <sup>5)</sup> Fig. XI. 10. — <sup>6)</sup> Fig. XI. 11. — <sup>7)</sup> Fig. XI. 12. — <sup>8)</sup> Fig. XI. 13. — <sup>9)</sup> Fig. XI. 14. Fig. XII. 4. — <sup>10)</sup> Fig. XI. 15. Fig. XII. 5. 5. — <sup>12)</sup> Fig. XI. 16.

2. *Arteria suralis* <sup>1)</sup>, quae, uti ejus jam denotat nomen, ad musculos gastrocnemios descendit, atque suo sub decursu sequentes dimittit ramos:

a) *Arteriam articulationis genu medianam* seu *azygeam inferiorem* <sup>2)</sup>, quae, posteriorem capsulae articularis parietem in parte inferiore permeat.

b) *Ramum suralem superficialem* <sup>3)</sup>, qui musculum tibialem anticum legens, cum *arteria malleolari posteriori interiori superiori* consociatur.

3. et 4. *Arteriae articulares genu inferiores, externa* <sup>4)</sup> et *interna* <sup>5)</sup>, quae se in capsulam articularem insinuant.

B. In anteriore cruris parte:

5. *Arteria recurrens peronea* <sup>6)</sup> seu ramus articularis qui ad externum genu latus sursum recurrit.

6. *Arteria recurrens tibialis* <sup>7)</sup> quae, sursum quoque directa, tibiae tuberositatem amplectitur.

7. *Ramus musculo-articularis inferior* <sup>8)</sup>, qui super os peroneum extrorsum versus commeat, musculisque cruris anterioribus nec non gastrocnemii vasa largitus, capitulum ossis peronei condescendit, ibique cum *ramo musculo-articulari superiore* anastomotice jungitur.

8. *Arteria anastomotica magna genu inferior* <sup>9)</sup>, quae, crista tibiae originem trajiciens, internum genu latus nanciscitur, ibique cum *arteria anastomotica magna genu superiori* coit.

9. Sub reliquo denique decursu, anterioribus cruris musculis, ossique tibiae ramulos quosdam concedit, quorum aliqui *rete malleolare internum* adsequuntur.

#### *Rete articulare genu.*

Rete autem articulare genu sequentes componunt arteriae: 1. et 2. *rami musculo-articulares, superior, et inferior*, 3. 4. 5. et 6. *arteriae articulares genu, superior interna, superior externa, inferior interna, et inferior externa* 7. et 8. *arteriae anastomoticae magnae genu, superior et inferior*, 9. et 10. denique *arteriae recurrentes, peronea et tibialis*.

### §. 22. *Arteria tibialis postica* <sup>10)</sup>.

*Arteria tibialis postica* <sup>11)</sup>, quae musculis in tertia inferiori posteriori cruris superficie partis sitis, nec non tarsi articulationi addicitur et inde *arteriae ulnari communis* artus superioris conformis evadit, pone musculum pronatorem et ad internum

---

<sup>10)</sup> Hanc tali nomine compello arteriam, quippe quae in posteriori cruris parte os tibiae sequitur

---

<sup>11)</sup> Fig. XI. 17. — <sup>2)</sup> Fig. XI. 18. — <sup>3)</sup> Fig. XI. 19. — <sup>4)</sup> Fig. XI. 20. — <sup>5)</sup> Fig. XI. 21. —

<sup>6)</sup> Fig. XII. 6. — <sup>7)</sup> Fig. XII. 7. — <sup>8)</sup> Fig. XII. 8. — <sup>9)</sup> Fig. XII. 9. — <sup>11)</sup> Fig. XI. 23. Fig. XII. 10.

tibiae marginem profunde serpens, usque ad spatium intermalleolare posterius descendit, quo facto, in profundam plantarem tarsi regionem insinuatur, ibidemque se articulationi musculisque dispendit.

Ejus sub decursu praeterea emittuntur:

1. *Rami musculares*, musculo potissimum pronatori, nec non *rami nutrientes* tibiae, destinati.

2. *Arteria malleolaris posterior interna superior*<sup>1)</sup>, quae, cum *ramo surali superficiali* coiens, posteriorem tibiae marginem usque ad tarsi faciem plantarem legit, in qua, ad *rete malleolare internum* ramulos nonnullos largita, in dextra tantum extremitate *arteria digitalis plantaris tibialis hallucis* evadit.

3. *Arteriae malleolares posteriores internae inferiores*<sup>2)</sup>.

### §. 23. Arteria tibialis antica<sup>3)</sup>.

*Arteria tibialis antica*<sup>4)</sup> anterioribus cruris musculis pedique adsignata, juxta internum tibiae marginem, inter communem digitorum extensorem et pronatorem sita, usque ad tarsi marginem superiorem excurrit, quo in loco in *arterium podo-tibiale* et in *podo-peroneum* bifurcatur<sup>5)</sup>.

E *tibiali antica* ante ejusdem bifurcationem oriuntur:

1. *Rami musculares* nec non *articulares* tarso, et *nutrientes* tibiae destinati.

2. *Arteria tursea dorsalis*<sup>6)</sup>. Haec, quum super externum tarsi latus delapsa, cum *arteria peronea* confluat, sic dictum *circulum anastomoticum dorsalem* tarsi efficit, e quo aliqui ramuli cum *rete malleoluri externo* nectuntur.

3. *Arteria malleolaris anterior interna*<sup>7)</sup>. Ad *rete malleolare internum* pergit.

A. *Arteria podo-tibialis*<sup>8)</sup>, quae ad dimidium interstitii interossei primi advenata, e dorsali pedis facie ad ejusdem plantam transit, ibique in quatuor *arterias digitales*, i. e. a) in *peroneam hallucis*, b) et c) in *tibialem* et in *peroneum indicis*, atque d) in *tibialem* *digiti medii* denique dispescitur. Ante hanc autem divisionem emittit:

a) In dorso pedis:

1. *Ramos ad rete malleolare internum*.

2. *Ramos musculares metatarsenos*.

<sup>3)</sup> Quum haec arteria in anteriori cruris facie, tibiam sequatur, praecedentis antithesin exhibet, et nomen quod ipsi largitus sum, haud immerito ferre videtur.

<sup>5)</sup> Quum in homine continuatio *arteriae popliteae* a *tibiali postica* constituantur, hocce in reptili contra ab *antica*; *tibialem anticanam* supra descriptae *arteriae radiali* artus superioris analogam esse liquet, eo magis si perpenderis, ab hac *tibiali antica* arterias pedis originem ducere.

<sup>1)</sup> Fig. XI. 24. — <sup>2)</sup> Fig. XI. 25. 25. — <sup>4)</sup> Fig. XI. 22. Fig. XII. 11. — <sup>6)</sup> Fig. XII. 13. — <sup>7)</sup> Fig. XII. 12. — <sup>8)</sup> Fig. XI. 26. Fig. XII. 14.

b) In ejusdem planta:

3. *Arteriam tarseam profundam*<sup>1)</sup> quae tarsi articulationem recurrens permeat.

4. Alteros ramos musculares metatarseos.

B. *Arteria podo-peronea* (pedis dextri)<sup>2)</sup>. Haec, *reti malleolari externo* ramulos aliquos largita, ad interstitii interossei tertii dimidium procedit, quo facto, e dorso pedis ejusdem ad plantam penetrat, ibique phalangeum quarti ossis metatarsi caput naeta, in quinque *arterias digitales*, a) in *peroneum inquam digiti medii*, b) et c) in *tibialem et peroneam digiti annularis*, d) et e) in *tibialem et in peroneum digiti minimi* denique, discedit. *Arteria digitalis communis digiti minimi* praeterea, ut suam attingat metam, ad caput phalangeum quinti ossis metatarsi recurrat, ibique ad tarsi articulationem nec non ad *rete malleolare externum* ramum aliquem dimittit.

*Arteria podo-peronea* pedis sinistri<sup>3)</sup> a nuper descripta pedis dextri ex eo differt, quod ad tarsi dorsum in *ramum externum*<sup>4)</sup> e quo *arteria digitalis peronea* *digiti annularis* et *digitalis communis digiti minimi*, atque in *ramum internum*<sup>5)</sup> e quo *arteria digitalis peronea* *digiti medii* et *digitalis tibialis* *digiti annularis* oriuntur, discedit.

*Arteriae digitales*<sup>6)</sup>. Hae in plantari digitorum facie decurrentes, ad eorumdem, dorsum non modo ramos hinc inde mittunt, sed et simul ramulorum quorundam ope, qui, modo arcibus longitudinaliter procurrentibus sinuati, super phalanges reptant, inter se invicem tam mirum quam varium in modum reticulantur; quo facto, ad unguis digiti enjuslibet matricem mirabile rete anastomoticum contexunt.

Notandum denique videtur, pedis partem medianam internam ab *arteria podo-tibiali*, medianam externam vero a *podo-peronea arterias digitales* accipere<sup>7)</sup>.

## §. 24. Aorta sacralis<sup>8)</sup>.

*Aorta sacralis*<sup>9)</sup> tum directionis, quum, uti fatus sum, voluminis ratione habita, tanquam *aortae abdominalis* continuatio procul dubio habenda, atque interno musculari pelveos parieti, cloacae porro, et tubarum denique ovarii extremitati inferiori tributaria, inde ab *arteriarum iliacarum externalium* secessu usque ad bi-

<sup>7)</sup> Quam hoc in reptili arteriae artus posterioris cum illis artus inferioris hominis magnam sees, uti vidimus, in genere offerant conformitatem, quamndam originem v. gr. *arteriae tibialis anticae et posticae*, nec non decursus conditionem v. c. *arteriarum circumflexarum femoris* omnino opposita ad easdem hominis referri ratione, habeo quod commentorem.

<sup>8)</sup> Huic arteriae, *sacrali mediae* hominis ceteroquin plane analogae, magni sui voluminis causa, *aortae* nomen, haud absque jure opinor, servavi.

<sup>1)</sup> Fig. XI. 27. — <sup>2)</sup> Fig. XI. 28. Fig. XII. 15. — <sup>3)</sup> Fig. XIII. 3. — <sup>4)</sup> Fig. XIII. 5. Fig. XIV. 5.

— <sup>5)</sup> XIII. 4, Fig. XIV. 4. — <sup>6)</sup> Fig. XI. 29. 29. etc. Fig. XIV. 7. 7. etc. — <sup>7)</sup> Fig. I. 56. 56.

Fig. X. 2.

partitam processus spinosi inferioris primae vertebrae caudalis originem recta viam suam emetitur.

Ex *aorta sacrali*, utroque in latere tres *arteriae sacrales taterales* oriuntur<sup>1)</sup> quarum quaelibet unum *ramum spinale* *ramulosque musculares* nonnullos emittit; alii quidam ramuli praeterea podieis regionem hinc inde nanciscuntur.

E quibusdam autem *sacralibus lateralibus*, tres sequentes *arteriae spermaticaee externae* proficiscuntur.

α) *Arteria spermatica externa anterior sinistra*<sup>2)</sup>, quae, ex *sacrali laterali sinistra prima* oriunda, ab ejusdem nominis arteria dextro in latere ex *iliacu externa* dimissa, minime differt.

β) *Arteria spermatica externa posterior dextra*<sup>3)</sup>, quae, e *sacrali laterali dextra secunda* orta, tresque ramulos cloacam permeantes largita, super dextram ovarii tubam ulterius proreptat.

γ) *Arteria spermatica externa posterior sinistra*<sup>4)</sup> denique, quae a *sacrali laterali sinistra tertia* proveniens, praecedenti β) plane conformis evadit.

## §. 25. Arteria caudalis.

*Arteria caudalis*<sup>5)</sup>, *aortae sacralis* continuationem efficiens, duo inter crura processus spinosi inferioris primae vertebrae sacralis caudam intrat, ac eadem plane ratione omnium subsequentium vertebrarum sacralium subter corpora ita procedit, ut in singulo interstitio interspinoso inferiori unum solummodo ramum utroque in latere, sic dictum *primarium*<sup>6)</sup>, cuius ope ad singulas vertebrae sanguinem pro cauda largitur, emittat. Unusquisque autem *ramus primarius* brevi post in *ramum superiorem* ad caudae dorsum et in *ramum inferiorem*, ad inferiorem ejusdem partem pergentem, discedit, quorum subdivisiones, *ramo spinali* tantum excepto, caudae musculis adsignantur.

A. *Ramus inferior*<sup>7)</sup>, qui *ramulum interspinosum inferiorem*<sup>8)</sup> ad interstitium interspinosum inferius largitur, in spatio processum transversum inter et processum spinosum inferiorem comprehenso, dispenditur.

B. *Ramus superior*<sup>9)</sup> qui, *ramum spinale*<sup>10)</sup> dimisit, interstitium intertransversum petit, illicoque *ramulos intertransversos*<sup>11)</sup> dimittens, de inferiore corporis vertebrarum facie ad eornundem dorsum ascendit, ac ibidem *ramulum interspinosum superiorem*<sup>12)</sup> constituit; quo facto postremus hic ramus, interstitium interspinosum superius denique nactus, in duos furcatur ramulos, qui, uti cum *ramulis in-*

<sup>1)</sup> Fig. I. 57. 57. etc. — <sup>2)</sup> Fig. I. 58. — <sup>3)</sup> Fig. I. 59. — <sup>4)</sup> Fig. I. 60. — <sup>5)</sup> Fig. I. 61.

Fig. XV. 1. 1. — <sup>6)</sup> Fig. XV. 2. — <sup>7)</sup> Fig. XV. 4. — <sup>8)</sup> Fig. XV. 5. — <sup>9)</sup> Fig. XV. 3. —

<sup>10)</sup> Fig. XV. 6. — <sup>11)</sup> Fig. XV. 7. 7. etc. — <sup>12)</sup> Fig. XV. 8. 8.

*tertransversis* quoque sit, vertebrarum processus, quibuscum idem possident nomen, propemodum persequuntur.

## §. 26. Systematis venosi fragmenta <sup>1)</sup>.

Systema venosum e tribus potissimum venarum complexibus, quorum duo i. e. *vena cava superior* et *vena cava inferior* in sinus venosum ideoque et in atrium dextrum, tertius autem i. e. *vena pulmonalis* in atrium sinistrum confluit, componitur.

A. *Vena cava superior*.<sup>2)</sup> Hanc sequentes efficiunt venae 1<sup>o</sup> *vena jugularis*<sup>2)</sup> quae illas colli atque capitis colligit, 2<sup>o</sup>, *vena subclavia*<sup>3)</sup> quae ex extremitate anteriori oritur, et 3<sup>o</sup>, *vena pulmonalis anterior seu propria*<sup>4)</sup> denique, quae ex anteriori pulmonis parte sursum exsilit; quo facto haec in regione circiter, et utroque in latere, tres supradescriptae venae in truncum unicum quemdam annus suos corrivant, i. e. in *venam innominatum*<sup>5)</sup> quae in sinus venosum (atrii dextri) effunditur.

B. *Vena pulmonalis*<sup>6)</sup> quae, uti commemoravi, in atrium sinistrum sanguinem summum defert, a *pulmonali dextra*<sup>7)</sup> atque a *pulmonali sinistra*<sup>8)</sup> formatur, quae ultima, quia ventriculi originem trajicit, valde longiore ac prior emetitur viam.

C. *Vena cava inferior*<sup>9)</sup>. Sanguis quem haec omnium maxima vena advehit, per hepatis parenchyma trajicitur, atque a *vena intervertebrali*, nec non a tribus *venae portae* systematis, *hepatis* nempe, *glandularum suprarenalium*, et *renum* denique, colligitur.

1. *Vena intervertebralis*<sup>10)</sup> quae a posteriori pulmonis dextri extremitate obiecta, atque e foramine quodam intervertebrali scaturiens, se in accessorio hepatis lobulo prope *venam renalem communem* abdit.

2. *Vena portae hepatis*<sup>11)</sup> quae e fistulae gastroentericae venis, simulque e *splenica* composita, in fossam transversam hepatis penetrat.

3. *Vena portae glandularum suprarenalium*. E parietibus abdominalibus lateribus, utroque in latere duo venae sat magnae, in dextro autem e foramine quodam intervertebrali tertia adhuc vena, oriuntur, quae, *venas suprarenales advenientes*,

---

<sup>1)</sup> Hic loci non possum supersedere monito, quum venosum Psammosauri sistema materie quadam injectum non fuerit, me, ne graves incurrerem in errores, inter venas, quibus arteriam pepercit dissecatio, illas solummodo, quae modice saltem voluminis erant, descripsisse.

---

